DE ORIGINIBUS RERUM LIBELLUS AUTHORE GULIELMO PASTREGICO...

Guglielmo : da Pastrengo,
Michelangelo Biondo

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
69
2 A
22

~~XXXII. 16. 84.~~
BB. 10.



XXVIII. 10. H.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE ORIGINIBVS RERVM LIBELLVS

AVTHORE GVLIELMO Paſtregico Veronenſe.

IN QVO AGITVR DE SCRIPTV*ris Virorum Illuſtrium. De fundatoribus Vrbium. De primis rerum nominibus. De inuentoribus Rerum. De primis dignitatibus. Deq; magnificis Inſtitutionibus.*

EXPVRGATVS OMNI ERRORE *atq; litura, nunc primum è tenebris eductus in lucem, in ſuffragium ſtudentium à* MICHAELEANGELO *Blondo, ſolerti rerum exploratore.*

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA

Cum Priuilegio P. in. X. Annos.

MAGNIFICO VIRO DOMINO SEBASTIANO FVSCARINO, CLARISSIMO SENATORI VENETO, AC DOCTORI EXCELLENTISSIMO.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. ROMA

MICHAEL ANGELVS BLONDVS FOELICITATEM.

POSTQVAM *fœlici quodam augurio tanti uiri amicitiam com= parauerim, magnum mihi fructum proculdubio paraſſe uideor, cum indies maiori iucunditate eius me afficiat beneuolentia, propterea tuam iam debeo mirari præſtan= tiam, perinde ac parentum meorum deberem ce= lebrare amorem, dum uiuerent, quamobrem cum ex te prudentiſsimo prodeat lux uera uirtutis, morum cum ubertate, qua uehementer ſolari ſen= tio animum meum, cogar, non tam ſeruare tuamq; & colere gratiam.* Attende *ergo uir* Clariſsime, *ut diu & ſaluberrime uiuas, quo, diu etiam tua gratia frui poſsim.* Nam *per paucos amicos hu= ius generis, cuius & eruditi querunt, & res mea exigit quinimmo propè neminem habeo.* Vt *igitur meus amor, ac obſequium ipſum tibi notum eſſet, curaui hoc opere à me illuſtrato tuũ nomen poſte=*

*ris mandare, in memoriam ergo tum beneuo=
lentiæ cum mei obſequij hoc opus Gulielmi Pa=
ſtregici tuo honori, atq; gloriæ deſtinare uo=
lui expurgatum à me plurimis erro=
ribus, et lituris etiam, cura tan
dem ſemper, ut ualeas, et*
Blondum hac Epiſto
*la quaſi pi=
gnore
quodam tanto uiro ſe obligaſſe ſcias.*
Vale.
Datum Venetijs.

GVLIELMI PASTREGICI DE SCRIPTVRIS VIRORVM ILLVSTRIVM PROOEMIVM.

ECCLESIASTICOS ſcriptores. Dextri cuiuſdam hortatu & Euſebij Pamphilij adiutus. ſuffragio eruditiſsimus & illuſtris Dei uir Hieronymus digeſsit in literas. Quem Maſsilienſis preſbyteratus. Genadius aliquos qui à dicto beatiſsimo patre omiſsi fuerant, quoſdam etiã qui poſt patris illius diſceſſum ſcriptitãdo claruerant adiunxit prioribus. Apud grecos, Herimpus, Antigonus, Caricius, Satyrus atq; Ariſtoxenus Muſicus. Apud latinos, Varro, Nepos, Higinius, Tranquillus gentilium illuſtrium ſcripta gentilibus ſuis aperuiſſe traduntur. At ego Euſebij Hieronymi Genadij ſecutus a longe ueſtigia retenta ſententia, ordine tamen pauliſper mutato, ut quod petitur occurrat facilius expoſcenti, Illuſtrium illorũ nomina per literas nominum ſuorum propriorũ explicui. De illuſtribus uero gentilium quid referam cum codices eorum qui illos & ſcripta ſua commemorant nuſq̃ apud nos reperiantur. Audebo ne iter hoc inuium abſq; duce ingredi. Audebo nempe hortante poeta dum dicit, audentes Deus ipſe iuuat. Ipſius itaq; fretus iuuamine ſcripta quæ legi et eorum auctores referam. Quæ autem non legi aut uidi, ſed ab illuſtribus et doctiſsimis uiris tradita accepi addiciã. Inuehetur fortaſſe in me emulus

& morſu rabido ſeuiens inquiet quid agis demens, putas ne ſcriptorum tuorum lumine Illuſtrium uirorum protellare memoriam, an ignoras quod uecordis et inſani prope eſt putare ſolis fulgorem poſſe facibus adiuuari. Minime inquam, ſed animaduertens q́; ſcripturæ uetuſtatæ conſumuntur, Tinearum et Soricum morſibus corrodũtur, Naufragio, incẽdio, atq; negligentia facile depereunt, ignorãtia lacerantur, aut abraduntur, ſuperfluo humore putreſcũt, dignũ putaui illuſtrium illorum & ſcriptorum ſuorum nomina ſcriptis tradere, ne ſi quo forte caſu abſumerẽtur uolumina, conditorum, tamen et operum non obliterarent memoriã. Fuere ẽt poſt hos plures illuſtres uiri qui chriſti profeſſi religionem, tam in diuinis, q̃ humanis plurima inſignia tradidere, è quibus quedam uidi & legi, quędã apericioribus memorata cognoui, quæ huic inſerta operi ſedulus lector inueniet.

Anaximander philoſophus patria Mileſius Taletis, & auditor. De natura Cœlorum et motu cœleſtis ſphere, curſu ſyderum naturaq; rerum, & Dei creatione tractauit plurimaq; conſcripſit. Cum terremotus inſtaret et prẹmonuit Lacedęmones, ut de relictis tectis et urbe, armati in campis excubarent. Tunc urbs tota corruit, et montis extrema pars ueluti è naui pupis, ut refert Cic. Claruit aũt Ciri prioris tempore.

Anaximenes philoſophus Aſiaticus ex Mileto Anaximandri auditor libros de Dei origine ẹdidit, ut ſcribit Tullius, & Fab. priore Cyro inſignis euaſit.

Anaxagoras philoſophus Aſianus gente, patria uero Glazomenus ab Anaximene diſciplinam acce-

pit. Multaq; in philoſophicis ſcripſit. Primuſq; omniũ deſcriptionem rerum & modum mentis infinitæ uiæ deſignari, & confici uoluit, ut Ciceroni placet. Sub Dario Idaſpis floruit, & ſub primo Artaxerſe ſenex apud Athenas in carcere moritur. Is diutius à patria exulãs, ut philoſophiæ uacaret domum repetens cum poſſeſsiones ſuas deſertas comperiſſet, ait, Non eſſem ſaluus niſi iſte periſſent.

Antiſtenes philoſophus librum edidit, qui dicitur Phiſicus, in quo de dijs multa tractauit. Teſtis eſt Cicero. Sub ſecundo Artaxerſe claruit.

Ariſton philoſophus Eſiodum poetam præceptorẽ habuit, deinde Zenonem unà cum Cleante audiuit. Libros autem de natura deorum, teſte Cicerone, compoſuit circa primi Artaxerſis tempora florens.

Ariſtophanes Malotes poeta Tragicus gente grę cus tragœdiam ſcripſit, q̃ intitulauit Babylon, et ſub primo nituit Artaxerſe. Aſceus cum notam reperiſſe traditur. Et de agricultura tractauit, ut Var. refert.

Ariſtarcus poeta Tragicus, patria Samius multas Tragedias edidit, & in Mathematicis ſcripſit Artaxerſis primi temporibus.

Archilocus Lacedęmon poeta maximus, ut ait Valerius libros cõdidit, quos Lacedæmones urbe ſua exportari iuſſerunt, quoniam domum ſibi inuiſam obſcœnis maledictis lacerauerat. Claruit Tullio Hoſtilio Romæ regnante.

Ariſtippus philoſophus Cyrenaicus Socratis diſcipulus librum de uoluptate ſcripſiſſe dicitur, alioſq; q̃ plurimos. Multa pręterea urbana et faceta dicta eius

atq; rūſa in libris, ubi de uita phorū agitur legūtur.

Archita Tarentinus philoſophus Pithagoræ auditor, quē Plato audiuit, ut eius audiret ſapientiā, multa utilia & ſcientię plena dixiſſe, et ſcripſiſſe fertur. Quorū Cicero et Valerius maximus phibēt teſtimoniū. Scripſit et de agricultura libros, ut Varro refert.

Antiphon philoſophus, ut Priſcianus refert, Somniorum atq; oraculorum interpretator fuit, & libros de Somniorum diuinatione compoſuit.

Anaxipolus Tharſius, Apollodorus Lemnus, Antigonus Cymeus, Agathodes Chius, Apollonius Pergamenis, Ariſtandros Athenienſis, Androcion, Ariſtomenes, Athenagoras, Aſchreus uerſu. De agricultura tractauerunt, ut Varro tradit.

Alexander philoſophus Peripateticus librum de Illirici tractu compoſuit, ut refert Valerius.

Almeo philoſophus Cretomates de dijs tractauit, & libellos compoſuit, Cicerone teſte.

Anthiocus philoſophus Marci Varronis, & Ciceronis præceptor. Vir in primis acutus, ut ſcribit Cicero, librum in philoſophicis edidit, quem ad Balbū Romanum uirum miſit.

Antipater philoſophus Diogenis Babylonij auditor duos de diuinatione libellos compoſuit. Teſtatur Cicero ſub Ptolemæo Dionyſio illuſtris.

Ariſtomachus Collenſis de natura Apum, atq; cultura libros cōpoſuit, ut refert Plinius. Quoniā culturę duo de ſexaginta annis nil aliud agēs operā dedit.

De Aſtrologis

Aſtrologi.

Filij Seth, nepotes Adę, ut ſcribit Ioſephus, quorum

nomina non exprimit, diſciplinam cœleſtiū rerum ea rumq; ornatum primitus inuenerunt, & ne inuenta deperiret ars, eam in duabus colūnis, una marmorea, altera latericia literis mandauerūt. Audierant enim Adam ore prophetico prædixiſſe mundum periturum diluuio & incendio.

Archeſel dictus Albategni Aſtrologus gente Hiſpanus librum compoſuit in Aſtrologicis, qui incipit Inter uniuerſa, intitulatur autem. Item librum qui incipit, Scito q, annus.

Alboali Aſtrologus librum in Aſtrologia compoſuit, qui incipit, Iſte eſt liber.

Almanſor Aſtrologus compoſuit librum in Aſtrologicis, qui intitulatur Capitula Almanſoris, & incipit, Signorum diſpoſitio.

Amphilocus Athenienſis Ruſticarum rerum librum edidit, Varrone teſte.

Abrazath Aſtrologus libros in Aſtrologia compoſuiſſe traditur.

Alchindus Aſtrologus in Aſtrologia librum edidit, qui incipit, Rogatus fui.

Ariſigeth Aſtrologus tradidit in Aſtrologicis librum, qui inſcribitur, Almanach.

Alpatragius Aſtrologus librum edidit in Aſtrologia, qui incipit, Detegam tibi ſecretum.

Aldilazith Aſtrologus compoſuit in Aſtrologia librū, qui intitulatur Alchibia, & incipit, Poſtulata.

Alfraganus Tymbia deinde Aſtrologus ſcripſit in Aſtrologia librum, qui incipit, Numerus menſium. Et intitulatur, De aggregationibus ſtellarum.

Aratus Aſtrologus gente Græcus, qui ſe uniuerſum ſtellarum numerum comprehendiſſe iactauit, librum compoſuit quem Phenonena nuncupauit; hunc Tullius ex græco in latinum conuertit ſermonem hoc idē Germanicus Cæſar, et Auianus poeta feciſſe dñr, ut in epiſt. Pauli ad Titū, beatus ſcribit Hieronymus.

Poetæ & Hiſtoriographi.

Acius poeta Comicus comœdias multas cōpoſuiſſe inſignes produnt auctores, inter quas enumerant, Didaſcalicon, Librum annalium, Minoen, Prometheum, Troadem, Epinauſcinacon, Atreum, Hecubam, Eriphilem, Pelopidas, Deiphœbū, Clitemneſtram, Alceſtidem, Andromedam, Thelephum, Ioem, Necptholimum, Brutum, Philotetam, Argonautas, Sothadita. Hunc Iulio Cæſari in poetarum collegio uenienti nunquam aſſurrexiſſe tradit Valerius nō maieſtatis eius immemor, ſed quia in comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſe præſtare confideret.

Anatreon Aſianus poeta ſua ſcribendo poemata metro illo uſus eſt, quod poſtea Anatreonticon dictū eſt auctoris ſumpto uocabulo. Hunc ut refert Valerius, bis humanæ uitæ modum egreſſum unius graui paſſæ uuæ pertinacior humor aſſumpſit.

Aſclepiades poeta libros compoſuit quos Theologimenon nuncupauit.

Afranius Comicus poeta Comœdias ſuas generali nomine Tegatas nuncupauit. E quibus aliquas ſpeciali nomine, ut illuſtres tradūt auctores nominabo. Proditorem, Tallionem, Hominem, Incendium, Emancipatum, Cinerariū, Brunduſinā, Scyllā, Fratres, Roſam.

Ariſtodemus poeta, ut tradit Agelius, fabularum libros compoſuit.

Alocus Aſianus poeta multa ſcripſiſſe creditur, ſed eius poemata non habemus.

Anthimacus poeta Aſiaticus librum, qui Thebais uel Thebaidos inſcriptus eſt compoſuiſſe traditur.

Alceſtides poeta Tragicus Emipedis poete Coetaneus Tragedias compoſuiſſe fertur, ſed in noſtris codicibus non habentur.

Albinus poeta librum annalium Romanarum rerum compoſuit, ut aſſerit Macrobius.

Atacinus poeta, & clarus Orator, ut ſcriptum eſt, Morborum tedio finiuit in balneo ſponte uitam Auguſto herede relicto. Sed ſcriptorum eius nulla extare dicuntur monumenta.

Archias poeta librum condidit, ut refert Cicero, ſermone metrico, in quo Roſij prodigium expreſſit, hunc nanq; puerum dormientem nutrix ſerpentis nexu circumplicatum animaduertit, quod ut ad aruſpices delatum eſt, illum clarum magnumq; futurum retulere. Quam ſpeciẽ & Praxiteles celauit argento.

Auianus poeta librum ædidit fabularum Elegiaco metro.

Arator Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus Apoſtolorum actus eleganti uerſu, & claro ſermone conſcripſit Iuſtiniani primi temporibus.

Alanus poeta Siculus, et clarus orator ſuper Rhetorica Ciceronis ſecũda ſcriptũ elegans edidit. Librũ de planctu naturæ metro partim, & proſaica partim oratione cõpoſuit. Itẽ aliũ quẽ Anticlaudianũ dixit.

Atta librum edidit, qui Tyro proficiſcens inſcribitur. Item alium quem ſupplicationem intitulauit.

Aurelius Opilius Muſarum libros compoſuiſſe traditur.

Aſinius Pollio non minima pars Romani ſtyli, ut ſcribit Valerius Hiſtoricus, & Orator illuſtris Romanæ hiſtoriæ conſcripſit libros, & Iulij Cæſaris uitam inſinuauit & tempora.

Ariſtius Pollio, & hic Iulij Cæſaris uitam deſcripſit & geſta.

Aquinius Iuger Octauiani Auguſti uitam ſcripto tradidit.

Adrianus Imperator ortus Adria Italię urbe, unde ſcripſit uocabulum uitam ſuam, & geſta memorię dedit. Caracannas etiam libros obſcuriſſimos imitando Anthimacum ſcripſit, ut Sparcianus refert.

Aulus Albinus Romanus Conſul Romanorum geſta ſcripſit in Gręco.

Acuſilaus, ut placet Ioſepho, Græcorum & Perſarum ſcriptioni mandauit res geſtas.

Apion Alexandrinus libros Aegyptiacæ ſcripſit hiſtoriæ. Edidit & librum uituperationem gentium Iudaicæ continentē. Ad Gaium Imperatorem pro parte gentilium contra Iudæos Romam miſſus obtinuit. Hic uulnere accepto circa genitalia computruit, & in magnis doloribus expirauit. Teſtis eſt Ioſephus.

Aurelius Philippus Aurelij Alexandri Imperatoris cuius in annis puerilibus præceptor fuit uitam deſcripſit, & geſta.

Acolius Traiani Alexandri Aureliani principum

res geſtas, & mores monumentis tradidit.

Aptacius Cyrillus Græca in Latinum uertit ſermonem.

Aurelius Venus Traiani Imperatoris deſcripſit mores, & uitam.

Arrianus Græcus duorum Maximinorum. Maximi & Balbini Gordianorum trium, uitas & res tradidit geſtas.

Arpianus, in proxime dictorum Imperatorum, uitas conſcribendas, & geſta uerſatus eſt.

Atalus Philometor Ruſticarum rerum libros compoſuit. Varrone teſte.

Alexander quidam uolumen de illirici tractu compoſuit, teſte Valerio.

Anius Cornicula Galieni Imperatoris deſcripſit mores & uitam.

Aurelius Feſtinus Aureliani Principis Libertus firmi Tyrannidem ſub Aureliano exercentis uitam ſcripſit ſigillatim et accuratiſsime, ut Veſpitus refert

Aurelius Appollinaris Chari Imperatoris, uitam ſcripſit, & tempora.

Ariſteus Græcus librum mirabilium orbis compoſuiſſe dicitur. Item fabularū librum. Geſta etiam ſub Ptolemęo Philadelpho ęgypti rege ſcripſiſſe traditur.

Alphius Anitus librum qui excellentium inſcribitur ſcripſiſſe commemoratur.

A. gelius Atticarum noctium uolumen compoſuit, opus elegans & curioſum.

Agathodes Auulcharis Pœnorum duas res geſtas memoriæ tradidit.

Ateius capito Iuriſconſultus, et pontificij iuris inter primos peritus Auguſti temporibus claruit. Scripſit autem cõmentarios ſiue collectanea de iudicijs publicis, ut Macrobius, et A. gelius referunt, opus immẽſum adeo, ut nonnunq̃ in eccleſiaſtico libro introducatur. Edidit et de iure ſacrificiorũ librũ in cuius primo ſic ait, Itaq; Ioui, tauro, uerre, ariete imolari nõ licet.

Antiſtius labeo Iuriſconſultus Trebacij auditor libros ad edictum pretoris cõpoſuit. Is a diuo Auguſto conſulatu Donatus abſtinuit. Sed ſtudijs plurimũ operam dedit, per tempora enim diſperciebatur annum, ut ſex mẽſibus Romæ cum ſtudioſis ageret reliquis, ſex ſecedens conſcribendis libris opus impenderet. Reliquit autem Iuris ciuilis quadraginta uolumina, quæ in corpore iuris clauſa aßidue profeſſorum iuris uerſantur in manibus.

Africanus Iuriſconſultus Papiniani auditor ſub Aurelio florens Alexandro actionum librum, qui de uſurpationibus dictus eſt primus edidit. Libros & quæſtionum compoſuit.

Alphenus Varus Papiniani eiuſdem diſcipulus libros qõnũ in ciuili Iure. Itẽ libros digeſtorũ qui in digeſtorũ noſtrorũ uoluminibus cõprehẽditur reliquit.

Apius Claudius decẽuir ex progenie Apij illius, qui ex Sabinis Romam commigrauerat leges atticas Romam delatas in. x. tabulis conſcribi fecit, & duas prioribus addidit, quæ poſtmodum leges. xij. tabularum dictæ ſunt anno ab condita urbe altero & .ccc.

Arelius Archadius Iuriſconſultus, & magiſter

libellorum ſingulorum, librum de officio præfecti præ torio conſcripſit.

Auſidius Namuſa Iuriſconſultus multorum Iuriſ conſultorum libros in. cxl. digeßit uolumina.

Ariſto Iuriſconſultus ſub Adriano florēs princi= pe libros Iuris ciuilis compoſuit ad Sabinum.

Aurelius Fuſtus Rhetor, et Ouidij Naſonis præ= ceptor, atq; Fabiani philoſophi Rhetoris declamatio= nes edidit Auguſti temporibus.

Acberius Rhetor ſub diuo Augusto florens decla mationes cudit, & uerba græca in latinam linguam Romanorum ſolus transtulit, ut tradit Seneca.

Aſinius Gallus Aſinij Pollionis filius declamatio nes nostris studijs conſulit.

Anthonis Iulianus Rhetor diſciplinæ Rhetoricę ſcriptis ſuis quedam adiecit.

Albucinus Silo nouarieñ. Alphius Flauius, Aſper na, Apalodorus Augusti præceptor, Aruncius. Rhetores diui Augusti micantes temporibus, decla= mationes plurimas profuderunt.

Apollonius Grammaticus gente græcus multos in Grammatica compoſuit libros, ſcripſit & argonau= tarū in Colchos profectionē ſub pio Antonino clarēs.

Aſmonius Grammaticus Grammaticæ artem ad Constantinum ſcripſit Imperatorem.

Aſper ſuper Virgilio ſcripſit, & libros in arte Grammatica condidit.

Illustres Viri Eccleſiasticarum ſcri= pturarum compoſitores.

Africanus inter Hiſtoriographos præcipuus, ut

ſcribit Euſebius, ad Ariſtidem ſcribens de Euangeliorum quæ uidetur diſſonantia, & de Genealogijs, quæ a Matthæo, & Luca diuerſe referuntur compoſuit librum, in quo cæterorum opiniones a ueritate errantes coarguit, & uerißimam utriuſq; conſonantiã eſſe demonſtrat. Cronicorum de temporibus edidit libros ſtudioſe admodum, & diligenter conſcriptos. Ad Origenem ſcripſit Epiſtolam, de eo quod in Daniele legitur, de Suſanna quæ in Hebræis non habentur codicibus, ad quam magnificentißime & docto ſermone reſcripſit. Alexandri Maximini atq; Gordiani primi floruit temporibus.

Ariſtides Athenieñ. philoſophus eloquentißimus uir fidelis, & Chriſtianæ religionis pietate imbutus Adriano principi librum Apologeticum pro fidei noſtræ rationæ conſcripſit, eo tempore quo inſignis uir Quadratus eidem principi libellum obtulit ſimilem.

Amonius Origenis præceptor uir in philoſophicis eruditißimus libros de Chriſtiana religione luculentißime ſcripſit. Et uolumen illud præcipue quod de Moyſi, & Ieſu nauis conſonantia edidit. Sed & multa præclara uiri huius extant opuſcula quæ a ſtudioſis quibuſq; habentur magnifica. Canones excogitauit euangelicos quos poſtmodum Cæſarieñ. Euſebius ſecutus eſt Baßiani principis tempore clarens.

Ariſtopeleus Hieroſolyme urbis exitiũ ſub Adriano principe factum quando urbs hæc Helia ab ipſo Helio Adriano nũcupata eſt ſcriptis ſuis perſecutus eſt.

Apion, ſecũdũ Hieron. uel Appius iuxta Euſebiũ, tract. in examerõ cõpoſuit ſub Seuero prĩcipe florẽs.

Arabianus

Arabianus Opuſcula quædã ad Chriſtianũ dogma ꝑtinentia tradidit imperãte Seuero Cęſare Auguſto.

Alexander Cappadociæ Epiſcopus, & poſt Narciſſum Hieroſolymitanus ad Anthionitas ſuper pace Eccleſiæ unam ſcripſit Epiſtolã ad Anthiocẽ. aliam per Clementem preſbyterum Alexandrinũ. Item ad Origenem, & pro Origene contra Demetrium. Sed & aliæ eiuſdem ad diuerſos feruntur Epiſtolæ. Perſecutione ſeptima ſeuiente ſub Decio Cæſaream ductus carceriq; deditus martyrio uitam finijt.

Andronicus dictus Alipius Græcas ſcripſit hiſtorias, ſed & Syriæ Regum & aliarum gentium geſta tractauit, teſte Hieronymo.

Archilocus Meſopotaniæ Epiſcopus ſub Probo florens principe librum diſputationis ſuæ quam aduerſus Manicheum habuit Syrio ſermone compoſuit, qui translatus in Græcum à multis habetur.

Arnobius pręceptor Lactantij apud Afrricam ſub Dioclitiano principe florentiſſime Rhetoricã docuit ſcripſit et aduerſus gẽtes uolumina, quę dñr extare.

Apollenaris Hieropolytanus Epiſcopus Marco Anthonino Imperatori librum Apologeticũ pro Chriſtiana fide conſcripſit. Extant & aduerſus gentes quinq; uolumina. De ueritate duo. Itẽ aduerſum Cathfrigarum hæreſim, Montani ſcilicet Priſcæ, & Maximillæ inſanis, & pſeudo uatibus.

Anatholius Alexandrinus Laudicenæ Eccleſiæ Epiſcopus, uir in artibus liberalibus & philoſophicis diſciplinis apprimæ eruditus, & doctrinæ mirabilis opuſcula multa non ſolum religioſis uiris, ſed & phi-

loſophis admiranda reliquit, quæ ad ſe perueniſſe ad atteſtatur Euſebius. Quantus hic fuerat uir ex libris eius, quos de Paſcha et de Ariſmeticæ inſtitutione cõpoſuit ĩtelligere licet, Probo et Ciro ĩperãtibus fulſit.

Athenaſius Alexãdrinæ urbis Epiſcopus duo aduerſus gentes excudit uolumina. Contra Vrſatium et Valentem uirum. De uirginitate unum. De perſecutione Arrianorum plurima. De pſalmorũ titulis unũ. Hiſtoriam Antonij Monachi uitam continentem inſigni uolumine texuit. Epiſtolas inſuper & alia multa quæ enarrare longum eſt edidit. Arrianorum tandẽ inſidijs territus ad Conſtantem Imperatorem fugit in Galliam, cuius literis reductus eſt, ſed Conſtante defuncto uſq; ad Iouiani Imperium latuit, ſub quo ſuam recepit Eccleſiã, ſed ſub Valẽte fati munus impleuit.

Antonius Monachus ſeptem ad diuerſa Aegypti monaſteria miſit epiſtolas Apoſtoli ſenſus, ſermoniſq; refertas, quæ in linguam Gręcam translatæ ſunt Conſtantini & filiorum temporibus clarens.

Aſterius factionis Arrianæ philoſophus in Epiſtola ad Romanos, in Euangelio, & in Pſalmis edidit commentarios, quæ à ſuæ partis hominibus ſtudioſæ leguntur Conſtantio Imperante.

Achatius Cæſariæ Palæſtine Epiſcopus in Eccanſten. xvii. exarauit uolumina, multoſq; alios edidit tractatus, tantumq; ſub Conſtantio meruit, ut in liberij Romani Pont. locũ Fœlicẽ Epiſcopũ cõſtitueret.

Apollinaris Laudicenus Epiſcopus in ſcripturis ſanctis munerabilia ferè ſcribens uolumina ſub primo Theodoſio uita receſſit. Triginta eius aduerſus Por=

phyrium extant libri inter cętera eius opera maxime probabiles. In adoleſcentia autem plus grãmaticis dedit operam, de quo in tripartita hiſtoria ſic legitur. Apollinatus cum eſſet doctus & ſimul ingenioſus pro Homeri poemate uerſibus Heroicis Hebraicam conſcripſit antiquitatẽ uſq; ad Imperiũ Saulis, et. xxiiii. libris opus omne diuiſit unicuiq; libro nomen literæ ponens ſecũdũ Homericã lectionẽ. Fecit autẽ et aliud opus ſecundũ Menãdri fabulas comœdię, ſimilitudine cõparatas, imitatus etiã Euripedis Tragœdias & lyram Pindari, ſed poſtmodũ à fide deuiãs ſui nominis inſtituit hæreſim Valentiniano primo ſub principe.

Acilius Seuerus Hiſpanus de genere Seueri illius ad quem Lactantius duos epiſtolarum direxit libros. Volumen compoſuit totius uitæ ſuæ ſtatum continens tam proſa q̃ metro quod intitulauit, ſine pera. Sub Valentiniano Imperatore deceſſit.

Ambroſius Alexandrinus Didymi auditor uolumen de dogmatibus multorũ uerſuum aduerſus Apollonium ſcripſit. Commentarios in Iob compoſuiſſe ad ſe relatum eſſe beatus aſſerit Hieronymus cuius tempore ille ſuperſtes fuit.

Amphilocus Iconij epiſcopus librum compoſuit de Spiritu ſancto, ꝙ Deus, & ꝙ adorandus, quodq; omnipotens ſit, quæ nuper ſibi legiſſe, beatus refert Hieronymus. Item contra uniuerſas hæreſes plura inſignia uolumina, uitam etiam beati Baſilij ſcripſit.

Ambroſius quidam Martionis, primũ infectus labe poſtmodũ ab Origene correctus eccleſię Diaconus, et Chriſtianæ fidei cõfeſſor euaſit et in eruditione uerbi

Dei ſtudium feruens adhibuit huius ſolerti ſtudio, & flagranti induſtriam precum, atq; obſecrationum coactus Origenes ad ipſum infinita fermè dictauit uolumina. Notarios nempe ſcriptores, & ſcriptrices puellas ſcribendi peritia apprimæ eruditas exhibuit, & ſumptui neceſſaria affatim miniſtrauit. Ipſum etiam elegantis ingenij fuiſſe epiſtolæ ipſius ad Origenem date indices ſunt. Ob hoc ſolum paſſus calumniam ꝙ ante Origenem moriens uir locuplex amici ſenis & egentis recordatus non ſit.

Apollonius Romanæ urbis ſenator Comodo Imperatori à ſeruo proditus ꝙ Chriſtianus eſſet in reddenda fidei ſuæ rōnæ inſigne cōpoſuit uolumē, quo in ſenatu recitato pro Chriſti fide pœnā capitalē excepit.

Agrippa cognomento Caſtoris uir doctus aduerſum .xxiiij. Baſilidis hæretici uolumina, quę in euangelijs cōfecerat fortiſſime diſſeruit, cōmoratus in Alexādria Adriani tēporibus, ut beatus ſcribit Hieron.

Ambroſius Mediolaneñ. Epiſcopus Theodoſij primi florens temporibus uir eruditiſſimus, & Chriſtianæ fidei Athleta eximius inter cętera ſcripſit, ut ſequitur. Compoſuit nāq; librum examerón. Item librū de officijs. Item de conflictu uitiorū et uirtutum. Item uitæ beatæ Agnetis. Item librum de Paradiſo & eiectione primi hominis. Itē de oblatione Chaim et Abel & quid ipſa ſignificet oblatio. Item de receſſu Abrahæ de Meſopotamia. Item ad Flacellam Reginam de Spiritu ſancto. Item contra Arrianos libros plures. Item contra Apollinarem librum unum. Item ad Sauinum Epiſcopum de Trinitate librum unum. Item com=

mentariorũ in Lucam libros plures. Item libros Chriſtianorum. Item ad diuerſos lib.lxxx. & Tractatus quatuordecim. Epiſtolas breues.lxxvij. Sermones declamatorios.lxxv. Scripſit & lib. de Spiritu ſancto quos Gratiano direxit principi. Item librũ de exceſſu Satyri. Item Rithmos ſuper deprecatione pluuiæ, & ſerenitatis. Beatus Hieronymus libros de uiris Illuſtribus de iſto egregio, & beatiſſimo patre, ita ſcribit. Ambroſius Mediolañ. Epiſcopus uſq; in præſentem diem ſcribit, de quo quia ſupereſt meum iudiciũ ſubtraham ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut ueritas. Et in libro uel Epiſtola de.xij. Doctoribus, ſic ait, Ambroſius profundorum pennæ raptus, & aeris uolucer quandiu in profundum ingreditur fructum de alto capere uidetur, & omnis eius ſemen fidei Eccleſiæ, & omnium uirtutum ſolidæ ſunt columnæ.

Audentius Epiſcopus gente Hiſpanus aduerſum Manichæos Sabellianos Arrianos & maxime et ſpeciali intentione contra Fortunatos, qui poſtea Bonoſiaci dicti ſunt librum compoſuit, quem de fide aduerſus hæreticos intitulauit.

Anthiocus Epiſcopus aduerſus auaritiam longum exarauit uolumen. In curatione cæci qui à Chriſto illuminatus eſt homeliam condidit timoris Dei compunctione, & humilitate plenam. Sub Archadio principe uitam finijt.

Auitus preſbyter Hiſpanus Lucalli preſbyteri ſcripta de reuelatione reliquiarum beati Stephani prothomartyris eidem cælitus facta de Græco uertit in La=

tinum eloquium additaq; Epiſtola per Oroſium preſbyterum occidentalibus dedit.

Aſclepius Afer in Vagien. ſolo uicini grandis epiſcopus uir docendi peritia grãdi opinione celebratus ſcripſit aduerſum Arrianos & contra Donatiſtas dicebatur ſcribere Anaſtaſij primi temporibus.

Aticus Conſtãtinopolytanus Epiſcopus ad Archadij Imperatoris filias de fide et uirginitate egregium ſcripſit uolumẽ, in quo Neſtcriana ĩpugnat dogmata.

Auguſtinus Hiponenſis epiſcopus gẽte Afer, eruditione diuina et humana toto orbe clarus, uita purus fide integerrimus ingenij acumine cæteris præſtans qui diuino irradiatus lumine errorũ deterſit caligantes nebulas conſternauit hæreſes, & diuinæ lucis fulgore Dei uniuerſalem illuſtrauit eccleſiam ſub primo Theodoſio, et filijs eius Arcadio, atq; Honorio Rom. Imp. florẽs, diuinorũ eloquiorũ innumerabilia ferè cudit uolumina. Quis ergo omnia hæc legiſſe aut uidiſſe aut ſe glorietur habere cũ nec inueniri queant. Vltra enim millenariũ numerũ exceſſiſſe creduntur, de quo Alma mater, cantat Eccleſia mille uolu. floret Aug. De quibus pauca attingã curioſis cętera derelinquẽs. De libero arbitrio, et gratia Dei. De prædeſtinatione gratiæ. De Trinitate lib. xv. De cõfeſſionibus li. xiii. De ciuitate Dei lib. xxii. Soliloquiorum lib. ii. De Baptiſmo Lib. vii. De Sermone Domini in monte Lib. ii. Contra Fauſtum Manichæum Lib. xxxiii. De concordia Euangeliſtarũ Lib. iiii. De Muſica Lib. vi. Super Geneſim ad literam Lib. xii. De Achademicis contra Paganos Lib. iii. De Ordine lib. ii. De animæ immor=

talitate Lib.i. De ueteri teſtamẽto Lib.xxiii. De ori gine animæ ad beatũ Hieronymũ Lib.i. De doctrina Chriſtiana Lib.iiii. De utilitate credẽdi Lib.i. De.x. cordis Lib.i. De anima & ſpiritu Lib.i. De uera reli gione Lib i. Vtrum anima à ſeipſa ſit lib.i. De animæ quantitate lib.i. Contra Donatũ lib.ii. Si quẽ almi prę ſulis huius noſcendi operum ſuorũ titulos maior ſitis exagitat Genadiũ preſbyterũ Maßilieñ. querat, qui uoluminum patris eius ultrà ſexcenta nomina ſcribit.

Ariſtobolus Iudæus phs Perip. ad Ptolemæũ Phi= lom. regẽ Aegypti explan. in Moyſen ſcripſit cõmẽ.

Aquila Ponticus Adriani principis tpe natus eſt, ut ſcribit Iſid. et diuin. ĩterp. ſcrip. ſecũdus exhibuit.

Altuinus qui et Albinus gẽte Anglicus Caroli ma gni præceptor ſub hoc principe inclyto, et Cõſtãtino Aug. huius ncis ſexto clarẽs elegãtis ingenij ſui mo numẽta hæc reliquiſſe traditur. De Trinitate lib.iii. Dialogorũ ad diſcipulos ſuos lib.i. Sententiarũ lib.i. Sup Geñ. ad literas lib.i. Sup Canticis Cant. lib.i. Sup Epiſt. ad Heb. lib.i. Sup Eccleſiaſten lib.i. Sup Ioãnẽ lib.vii. Ad Eulabiã uirginẽ de rõnæ animæ lib.i. Ad Fredegiſum dialogorũ de Trin. lib.i. Hic ut Helman dus ſcribit Anglorũ ciuium poſt beatos Adelmũ et Re dã doctißimus fuit. Tranſtulit autẽ ſuiarũ ſtudiũ de Roma Pariſium, et tres cõſocios Monachos Bedæ di ſcipulos ſtudij huius fundatores habuit Rabanũ, Clau dinum, & Ioannem Scotum. Ipſe poſtea à Carolo mo= naſterio beati Martini Turoneñ. præpoſitus eſt.

Aldredus Neuallis fuit Abbas Libellum de Spi= rituali amicitia condidit.

Anſelmus monachus Bothen. poſtmodum Cantuarieñ. Archiepiſcopus compoſuit librum Prologion.i. alloquium de Deo. Item & Menologion.i. ſoliloquiũ de ſancta Trinitate. Item de uerita. L.i. De cõcordia liberi arbitrij & præſcientiæ diuinæ atq; prędeſtinatione, necnon & gratię. L.i. Cur Deus homo. L.i. De Sacramento altaris. L.i. De caſu Diaboli. L.i. De peccato originali. L.i. De Incarnatione Verbi. L.i. De azimo. L.i. Meditationum uel orationum. L.i. Parabolarum ſiue Prouerbiorum. L.i. De Grammatica. L.i. Super Canticis Canticorum. L.i. Epiſtolarum ad diuerſos. L.i. Super pſalterio gloſulas. L.i. Marginales & inter lineares etiam cõpoſuit. Henrici quinti tempore in fata conceſſit. De conceptu uirginali, & de originali peccato ſcripſit.

Doctores Legum.

Aldricus Legum Doctor, ex qua patria originem traxerit, uel quo ſub principe clarus fuerit, aut quod ſingulare opus ediderit non legi. Super libris tamen Iuris Ciuilis ſcripſiſſe conſtat. Nam Acurſius librorum Iuris Ciuilis gloſator ordinarius ſcriptorum huius, atq; opinionum in gloſis ſuis multa commemorat.

Azo Bonoñ. Legum doctor eximius uir acris ingenii, & qui legum profunda rimatus eſt ſuper digeſto ueteri, & Codice gloſas utiliſſimas edidit, ex quibus Acurſius gloſas ſuas, & apparatum multum ornauit. Cõpoſuit & ſummã quę nomine ſuo inſcribitur opus inſigne multũ conferẽs doctoribus et aduocatis.

Acurſius Legum Doctor de Florentina urbe ducens originem uir acerrimi ſtudii tenacis memorię et

elegantis ingenii cunctorum uirorum inſignium, qui cum præceſſerant ſcripta ſcrutatus acaratiſſime ue-lut Apes, quæ ex uariis floribus dulciſſimum ſuccum elicuerit utilia quæq; decerpens contulit quæ totus orbis, qui Romanis legibus utitur, deficiēte textū lo co textus deſeruit. Federici ſecūdi tēporibus fulſit.

Albertus Papienſis Legum Doctor multas utiles quæſtiones in Iure Ciuili propoſuit, & ſoluit quas ſtudioſis ſcriptas dereliquit.

Albertus dictus Galeotus opuſculum breue condi dit, quod Margarita inſcribitur patronis & cauſis agentibus utile.

Albertinus dictus Muzatus ciuis Patauinus et ſi ignobilibus editus ſit progenitoribus ob elegantem ingenii ſui facundiam & literaturę præſtantiam ur-bi ſuæ fuit aliquando charus. Sed tandem populi tu-multuantis furore pulſus Elugiā in exilium abiit ubi & uitę finem dedit. Corpus tamen eius delatum in pa triam apud ſanctam Iuſtinam conditum eſt. Scripta eius extant, Priapea, Ecelinus, Liber de facto, Hen-rici ſeptimi Imperatoris geſta egregio ſtylo conſcri-pta, et poſt illius mortē Caius grādis Veroñ. cū Pata uis uario euentu cōmiſſa certamina poſteris tradidit.

Albertus Theutonicus de Prædicatorum ordine acerrimi uir ingenii.

Illuſtres uiri Gentiles ſcripturarum ſecularium condiditores.

Bias Prieneñ. unus de ſeptem Græciæ ſapientibus multa ſapienter et aſtute dixiſſe et feciſſe traditur, ut ex libris, qui de uita Philoſophorum inſcribuntur

collígitur, quæ in duobus milibus uerſuũ ſcripſiſſe dicitur. Sub Priſco Tarquinio floruit.

Boetius philoſophus Stoicus librum quendam compoſuit metricum, ut refert Tullius.

Balonus Aſtrologus compoſuit librum de Imaginibus, qui opera horatur intitulatur. Incipit autem dixit Balonus qui & Apollo. Item librum qui incipit differentia in qua fuerit.

Brutus octauus hiſtoricus uitam ſcripſit Iulij Cæſaris. Item Epiſtolarum librum. Item de uirtute ad Ciceronem, de quo idem Cicero lib. de finibus bonorum, & Seneca ad Elbiam memoriam facit.

Beroſus hiſtoricus Chaldæus Chaldaica defloraſſe ſcribitur. Qui in Choe degens inſula multa ingenii ſui monumenta dereliquit.

Bochus hiſtoriarum libros edidit, Solino teſte.

Claudus Rhetor Romanus eques declamationes ſcripſit, ut Priſcianus refert.

Baſſus Rhetor declamatiões edidit, ut tradit Sen.

Bachillides poeta Lyricus Artaxerſis primi tempore metra plurima lyrico ſtylo cõpoſuiſſe narratur.

Brutus Iuriſconſultus uir prætorius Iuris Ciuilis libellos ſeptem cõpoſuit Marci Catonis primi tpibus.

Baldricus Doleñ. Archiepiſcopus Hieroſolymitanam ſub Gotifredo Duce deſcripſit hiſtoriam.

Bernardus Silueſter compoſuit librum metricum & proſaicum de Mogocoſmo, & Microcoſmo multa grata & utilia continentem.

Bachius Milleſius Ruſti. rerũ tradidit diſciplinã.

Bion Soleus. Author eſt Varro.

Bardaſenes gente Syrus uir diſertiſsimus et prę= ſtans dialecticus adeo in diſputationibus acer, ut multos illuſtres uiros habuerit imitatores Valentini hæ= retici primum ſectator fuit, poſtmodum confutator ardens enim & uehemens erat.

Boyris putabatur ingenium. Scripſit autẽ ad An= nonium Imperatorem clariſsimũ & potentiſsimum de facto dialogum. Scripſit & aduerſum Marcionem et nonnullos alios patria lingua dialogos. Extant eius plurima et ĩfinita ferè uolumina aduerſus oẽs hęreſes ſuo inſurgẽtes tpe neceſſaria, quę ſectatores eius, & Syro in Gręcũ uertere ſermonẽ. De quibus beatus, inquit, Hieron. Si tãta uis et fulgor in eius eſt interpretatione quantum putamus in proprio ſore ſermone.

Barnabas Cyprius, qui et Ioſeph cũ Paulo Apoſt. ordinatus unã ſcripſit Epiſt. ad ædificationẽ eccleſiæ ptinẽtẽ, q̃ inter apocriphas numeratur, poſt hæc ſeparatus à Paulo ĩmẽſum ſibi exercuit prędicatiõis offm̃.

Bachillus Cornichiorũ epiſcopus, ex epiſcoporum omniũ, qui in Achaia erãt perſona de paſcha elegan= tem condidit librum Seueri principis tempore.

Berillus Boſtroene urbis Arabiæ epiſcopus in hæ reſim lapſus ab Origene correctus eſt. Scripſit autẽ opuſcula uaria epiſt. maxime in quibus Origeni gra= tias agit. Extat et dialog. Origenis, et Berilli, in quo hęreſeos carpitur. Sunt et Origenis epiſt. ad Berillũ. Alexãdri Maximini atq; Gordiani tẽporibus fulſit.

Bonifacius Carth. epiſ. ut Engib. docet li. plurimos ſcripſit ad diuerſos. De prędeſtinatione. De cõtinẽtia

coniugatorum poſt uotum. De uirginitate & humilitate. De oratione & compunctione. Scripſit & ſermones præcipue de natiuitate Domini, & ſolennitate beati Stephani prothomartyris pulcherrimos imperante Zenone.

Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus Capadociæ contra Eunomium inſignes elaborauit libros. De Spiritu ſancto uolumen egregium. In exameron homelias .ix. Et breues uarioſq; tractatus. Ad Eucheytas epiſt. unam. Ad incorpolitanos epiſtolam unam, contra hęreticos. De Incarnatione Domini. L. i. Vitam Barlaam & Ioſaphat. Cõtra Iulianum Apoſtatã libros fortiſſimos. Item librum inquiſitionum de generibus peccatorum. Librum etiam de fide Catholica ad Amphilocum Iconii Epiſcopum. Regulam Monadiorum quã utuntur Armenii. Moritur ſub Imperio Gratiani.

Bachianus Epiſcopus, ut Dei myſteriis poſſet uacare Liberius derelicto Epiſcopatu uoluntariam peregrinationem elegit, & ut diffamatoribus peregrinationis ſuæ ſatisfaceret librum compoſuit continentem non ob timorem hominum, ſed Dei amore in peregrinatione degens, & de cognatione propria egreſſum, ut hæres fieret Abrahę. Grata & alia dicebatur condidiſſe opuſcula, ſed hoc ſolum ad ſe perueniſſe, ſcribit Genadius.

Baſilius alter Anchiranus Epiſcopus arte Medicus ſcripſit contra Marcellum librum unum. Et de uirginitate librum unum. Hunc Macedonianæ partis cum Euſtaſio Sebaſteno fuiſſe principem, Beatus ſcribit Hieronymus ſub Conſtantio principe.

Boecius Romanus nobilis philoſophus eximius diuina & humana ſapientia pollens multa nobis diuini ingenii ſui documenta dereliquit. Scripſit enim de Trinitate. De unitate et uno. L. De ente et exiſtētia. L. De duabus naturis, & una ſubſtantia Chriſti. L. De hebdomadibus. L. De conſolatione philoſophica. L. v. De Scolaſtica diſciplina. L. Topicorum. L. Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina omnis ferè de Græco in Latinum conuertit ſermonem. Scripſit et de Muſica librum. De Ariſmetica librum. Cathegoricorum ſyllogiſmorum & hipotheticorum. De Deitate ad Ioannem Romanæ Eccleſiæ Diaconum. De eiectione primi parentis, & reſtauratione humani generis per Incarnationem & paſſionem Chriſti. L. Item contra Arrianos Eunomianos et Appollinariſtas. L. fortes. Iuſtini primi, et Iuſtiniani temporibus claruit.

Beda preſbyter gente Anglicus uir in diuinis eloquiis apprimæ eruditus multa fœcundi pectoris ſui Scolaſticis uiris contulit monumēta, uidelicet. Super Geñ. L. i. De tabernaculo Moyſi. L. iii. Super Samuelem Lib. iiii. De templo Salomonis Lib. i. Super Eſdrā & Hieremiam Lib. iiī. Super Thobiam Lib. i. Super parabolis Salomonis Lib. Super Canticas Canticorum Lib. v. Super Epiſtolis Canonicis Lib. vii. Super Marcum Lib. iiii. Super Lucam Lib. Super actus Apoſtolorum Lib. i. Super Apocalypſim Lib. De quęſtionibus Lib. Regum, ad Notilinum Lib. i. Item librum de ſtematibus. Scripſit & librum Cronicorum de temporibus Iuſtiniani ſecundi tempore Illuſtris.

Bernardus Burgundus gente Careuallis Abbas

uir ſanctitatis eximie ſcripsit lib.i.de contẽptu mundi ad clericos. Item exhortatoriũ de Paſſione & Reſurrectione Domini lib.i. De diligendo Deo lib.i. De gradibus humilitatis & ſuperbiæ lib.i. De gratia & libero arbitrio lib.i. Ad Abbatẽ Colũbenſem de præcepto & diſpenſatione lib.i. Ad Ciſtercieñ. et Clumaceñ. Apologeticũ lib.i. Ad Hugonẽ de ſancto Victore lib.i. Ad Eugeniũ Papã.iii.de conſideratione li.v. Ad militem templi de laude militiæ nouæ lib.i. Super pſalmo, Qui habitat. Homel.xviii. Super Cãticis Canticorũ. Homel.lxxxiii. Super Euang. Miſſus eſt Gabriel. Homel.iiii. Super Magnificat tract.unũ. Epiſtres ad diuerſos.cclx. Sermones ferè innumerabiles. Eugenij tertij & Federici primi fulſit temporibus.

Bulgarus Bonoñ. Legum Doctor egregius, & legum ciuilium peritia clarus, multa quærendo et diſputando Iuris Ciuilis profeſſoribus erudimenta monſtrauit Martini inſignis doctoris Legum contemporanei ſui opinionibus ſemper aduerſus. Huius ſcripta per Acurſium gloſatorem librorum Iuris per totum apparatum ſiue opus ſuũ diſperſa ſunt, quibus ferè ſemper contra Martinum adhæſit. Hic moriens corpus ſuum Bonoñ, apud ſanctum Proculum tumulari iußit iuxta ualuas eccleſiæ Martini ſepulchro directe oppoſitas, ut ſicut uiuens illi contrarius fuerat ſic deficiens obijceretur in morte.

Bandinus Legũ profeſſor, ꝓfunditatibus legũ imerſus plurima ſcripſit, quę Acurſij pelago abſorta ſũt.

Bagaratus unus ex Iuris Ciuilis profeſſoribus uir litigijs & forenſibus cauſis implicitus libellum edi=

dit. Cuius titulus qualis in agendis litibus fuerit præſtat indiculũ. Cauillationes nãq; Bagaroti nũcupatur.

Bernardus Permenſis, Decretorum Doctor eximius ex multorum inſignium doctorum ſummis, & ſcriptis, & ex ſui ingenij acumine ſuper libro Decretalium gloſas conſcripſit. Opus clarum utilimum atq; neceſſarium, quo uniuerſus orbis ubi fides uiget catholica utitur, et pro munere ueluti diuino ſeruatur.

Bartholomeus Brixienſis in Iure Canonico librum quæſtionum utilium, quas Veneriales uocant Iuris Canonici, Scolaſticis tradidit.

Bencius Lõgobarbus gente, patria Alexãdrinus Caiuſgrandis primi inde nepotũ Cancellarius magnæ literaturæ uir omnium hiſtoriographorum ſcripta cõplectens, & à mundi conſtructione exordiũ ſumens cunctarũ gentiũ nationũ Regum populorumq; omniũ ſimul geſta contexuit, opus grande uolumen immenſum quod in tres dimẽſus eſt partes, ut de illo dici poſſit quod ſcribit Veronenſis poeta dicens. Auſus quidem unus Italorum, omne æuum tribus explicare chartis. i. uoluminibus Iupiter doctis & laborioſis.

Beneuenutus de Campexanis ex urbe Vincentia poeta & ſcriba mirabilis.

Illuſtrium Virorum Gentilium Philoſophi & Aſtrologi.

Chilon Lacedæmonius unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, ut legitur in libris de Vita Philoſophorum multas utiles dictorum ſuorum dereliquit ſententias, quas in ducentis carminibus exaraſſe traditur, Tarquinii Priſci temporibus.

Cicobolus Lydius, alter ex ſeptem Græciæ ſapientibus eiuſdem Tarquinii temporibus clarens multas celebres ſententias, & profunda enigmata in tribus milibus carminibus poſteris reliquiſſe in eiſdem de uita philoſophorum legitur libris.

Cereſteus, Cereas, Athenienſes de Agriculturæ ſcripſere ſtudio, teſte Varrone.

Carneades philoſophus Academicus in philoſophicis libros compoſuit. De Diis tractauit. De diuinatione acute et copioſe diſputauit, ut refert Cicero. Secundi Belli Punici tēpore, ut placet A. Gelio, claruit Nonagone ætatis ſuæ anno, philoſophiæ et uitæ ſentētiā impoſuit doctrinæ, ſic addictus operibus, & cum cibi ſummendi cauſa diſtribuiſſet manum, plerunq; ad os apponere obliuiſceretur.

Baleantes Aſianus philoſophus Zenonis auditor Rhetoricam, ut fertur tradidit, de Diis tractauit. Libros contra uoluptatem ſcripſit.

Crates philoſophus Theban, Zenonis præceptor. Stilbuntis autem diſcipulus abiecto magno auri pondere ſe tradidit ſtudio quo ſic imbutus eſt, ut multa philoſophicis adiceret documentis. Artaxerſis primi temporibus florens. De Agricultura tractauit.

Criſippus philoſophus Cleantis auditor. Duos de Diuinatione cōpoſuit libros. De Oraculis unum. Item de Somniis. Item de Miraculis. Item de natura Deorum. Artem ſcripſit Rhetoricā. Interpres etiam Somniorū fuit, hęc Cice. Volumē ſubtilitatis exactiſſime reliquit, in quo ut Val. refert, tantū laboris operæq; ſubſtinuit, ut ad id cognoſcendum longa uita ſit opus.

Critholaus

Critholaus philoſophus Peripateticus in philoſophia libros compoſuit, ſcripſit hiſtoriarum libros, condidit archam ſecundi belli Punici tempore natus.

Cratippus philoſophus Peripateticus gente Græcus. In philoſophicis ſcripſit. De diuinatione & Somnijs tractauit Ciceronis coetaneus & familiaris.

Cicarchus Articuli auditor, &, ut ſcripſit Ioſephus, philoſophorum Peripateticorum ſecundus, librum de Somno compoſuit.

Calcidius ſuper Timæo Platonis librũ cõſcripſit.

Caudas Aſtrologus. Scripſit lib. nouẽ annulorum, & incipit, locus qui mouet. Item lib. de tribus figuris ſpirituũ, & incipit, ſicut de cœleſtibus. Item lib. de figura Almandal, & incipit capitulũ ſigilli gaudach.

Caliſtenes philoſophus Græcus naturali philoſophiæ ſcriptis ſuis multa contulit, auditor Ariſtotelis ſub Alex. continetur Macedoniæ.

Cornelius Sacerdos Patauinus Vates in Euganeo ſedens colle Cæſaris, & Pompei pugnam apud Theſaliã decertantiũ ſignificauit, ut Luc. ſcribit uir nobilis religiõe uenerañ. uitę caſtitate ſcũs, A. gel. teſte.

Hiſtorici & poetæ Gentilium.

Cœlius poeta Comicus li. ſcripſit annaliũ. Epiſaranium, Epiſtolarum, Vmbras, Epiderimi, Pollumena, Subditiua, Sinephebos ſecundi belli Punici tẽporibus.

Cornelius nepos lib. edidit. De Viris Illuſtribus. Scripſit & Iulij Cæſ. uitã & tpa cuius fulſit tpibus.

Cœlius poeta Comicus hiſtoriaꝶ per Romanos cũ Hãbale geſtarũ deſcripſit lib. Silonẽ Græcũ imitatus ſcriptorẽ, ut refert Liui. qui T. Grachi fulſit tpibus.

Cynthius librum de re militari compoſuit.

Cornelius Labeo, de oraculo Apollinis clarij ſcripſit libros. Item de Dijs Pœnatibus.

Calimacus poeta Cyrenenſis Iouis deſcripſit laudes tempore primi belli Punici, ut beatus ſcribit Hieronymus in Epiſtola Pauli ad Titum.

Caſelius Vindex compoſuit librum cui ſtromatum uocabulum indidit.

Cornificus poeta diui Auguſti tempore lib. de Athomis uel nat. Deo. cõdidit. Itẽ hymnorũ, teſte Mac.

Curio pater hiſtoricus Iulij Cæſaris uitam ſcripſit & tẽpora. Gratiarũ etiã lib. tradidit, ut placet Suet.

Diuna poeta librom exarauit metricum, cuius titulus eſt, Suima, ut Priſc. atq; Iſidorus perhibent.

Caßius hemina annalium & hiſtoriarum conſcripſit libros. Ad Mecenatem, & ad Tyberium ſcripſiſſe libros, Priſcianus docet.

Claudius Imperator in adoleſcẽtia annis hortante Titoliuio, & Flauo Sulpitio adiuuante hiſtoriã ſcribere aggreſſus eſt, initiũ ſumens à Cede Cæſaris dictatoris. Sed aduertens ꝙ neq; ueræ, neq; liberæ ſibi inchoandæ materię tradendæ poteſtatem eſſe conceſſa ad inferiora tranſiuit tempora cœpitq; à pace ciuili prioris materiæ duo ſcripſit uolumina poſterioris unũ & .xl. Scripſit & de uita ſua octo uolumina. Ciceronis defenſionem aduerſus Aſinij Galli libros ſatis erudite compoſuit. Tres nouas literas quaſi neceſſarias prioribus addidit, de quarum ratione uolumen abſoluit. De Aleæ luſu librum condidiſſe fertur. Extare dicuntur eius & Græcarum hiſtoriorum Græca uolu-

mina Tyrrhenicum.ſ. & Calcedoniacum, quæ quot annis apud Alexandriam diebus ſtatis recitata ſunt, ut refert Suetonius.

Alciterus philoſophus tot libros compoſuiſſe dicitur, quot qſq; noſtrũ alienos ſua manu ſcribere poßit.

Clodius Licinius Romanarum rerum libros tradidit, Liuio teſte.

Curius Fortunatianus Maximi Balbini & Pupie Imperatorum deſcripſit uitas.

Cœleſtinus uitam Valerianorum & Alieni principum ſcriptis tradidit.

Cornelius Capitolinus Galieni principis geſta & Tyrãnorũ q ſub eius Impio inſurrexerũt inſinuauit.

Calicrates Græcus Aureliani Imperatoris uitam & geſta compoſuit.

Cornelius Tacitus quẽ Titus Imperator ſuæ pręfecit bibliotecę Aug. geſta deſcripſit atq; Domitiani.

Ceionus Iulicinus uitã Firmi Tyrãnidẽq; ſub Arillione principe exercentis edocuit.

Caracter Ephimeridas & Aureliani bella ſcripturæ tradidit.

Claudius Euſtenius magiſter Epiſtolarum, Diocliciani principis geſta illius et Maximiani Galerij atq; Conſtantij Imperatorum ſcripſit.

Clodius Herodianus Seueri principis Peſtenii clodii et Albini Tyrannorũ geſta ſcriptis ſuis patefecit.

Cornelius Balbus Iulii Cæſ. familiariß. illius uitã et geſta ſcriptioni dedit. Exegeticon ẽt lib. dereliqt.

Claudius, ut refert Liu. Annaliũ libros cõpoſuit. Item Acilianos Anciles ex Græco in Latinũ uertit.

Calphurnis poeta Bucolica ſcripſit.

Catullus Veronenſis poeta Ciceronis Coetaneus librum uario metrorum genere exaratum multa iocoſa & placita continentem ſcolaſticis legendum tradidit Protholomæi Alexandri temporibus.

Claudianus poeta Siculus excellentis ingenij uir utiq; ſermonis librũ florenti metro compoſuit, in quo multa ſub Theodoſio Imperatore & filijs eius Archadio, atq; Honorio geſta traduntur. Scripſit & librum qui de Raptu Proſerpine inſcribitur. Item de laudibus Olymbrij & Probini. Extant & alia eius parua opuſcula grata & iucunda legentibus.

Cornutus poeta Pſij auditoris ſui librum commentatus eſt, & à Nerone in exilium miſſus.

Cæſar Iulius primus apud Rom. Monarcha eminentis ingenij ſui indices, duos libros produxit Anticatones. Item librum compoſuit Auguraliũ. Item ſcripſit ad Vergilium. Gallici ciuiliſq; belli plurimas edidit cõmentationes. De Analogia libros duos. Scripſit & libros Auſpic. Item de motibus ſyderum. Cõpoſuit et annis puerilibus poema metricum quod intitulatur iter. Item laudes Herculis & Edippi Tragœdiam, ut Suetonius, Priſcianus, & Macrobius referunt.

Claudius Labeo Faſtorũ et ipſe uolumen cõpoſuit.

Cingius librũ de Faſt. ingenij ſui opus dereliquit.

Cloatius Verus, ut ſcribit Macrobius, librum edidit, qui ordinatorum intitulatur. Item librum qui tractorum à Græcis nuncupatur.

Callia Græcorum & Perſarum geſta deſcripſit.

Chercinon Aegyptiacam ſcripſit hiſtoriam.

Cornelius Celſus libros de re Militari, & Agricultura compoſuit.

Cornelius Seuerus de ſtatu ſuo librum ſcripſit.

Caßius Seuerus Orator inſignis ſub Tyberio florens ſcripſit hiſtorias.

Creſconius poeta Afer Iuſtiniani primi bella per Ioannem et conſulem in Africa geſta Heroico metro luculenter expreßit. Concordiam Canonum edidit.

Columella Ruſticarum Rex, diligentißimus ſcriptor, librum de Agricultura agricolis condidit.

Calmicus Græcus Hiſtoricus Syriorum Aegyptiorum, atq; Græcorum hiſtorias proſecutus eſt.

Cheremon Aegyptiacam ſcribens hiſtoriam de Iudæorum gente mentitus eſt, ut ſcribit Ioſephus.

Curtius Ruffus Alexandri Magni geſta eleganti ſtylo memoriæ tradidit.

Grãmatici Oratores et Rhetores Gentiliũ.

Caſper Grammaticus libros de generibus dubijs. Item libros enudati ſermonis in Grãmatica ſcripſit.

Cariſius Grammaticus, ut Priſcianus refert grammaticæ arti libros adiecit.

Celſus unus ex grammaticæ profeſſoribus diſciplinis grammaticis plurimum contulit.

Canutius inter Grammaticos ſtudioſus librorum ſuorum ſcriptione grammaticam auxit.

Ceſtius Rhetor Senecæ contemporaneus declamationes compoſuiſſe fertur.

Caluus Rhetor Orator & declamator maximus adeo, ut principatu eloquentiæ cum Cicerone contenderet, orationes multas & declamationes dereliquit.

Capito Rhetor declamationes compoſuit Sene tem pore clarus.

Cato Nepos Orator insignis Magnifici Catonis Nepos ex filio orationem de actionibus apud populum ne lex ſuam abrogaretur ſcriptā reliquit. Item alias uti Basilica ædificeretur. Item pro Lucio Antonio. Item pro Lucio Cæſare. Poſt ſecundum bellum Punicum annis circiter .xv. florens.

Clodius Quirnalis ſub Claudio principe Rhetoricæ diſciplinæ dictis operā Scolaſticis uiris ſcriptis ſuis utilia multa conceſſit.

Cæſar Strabo Orator & Rhetor orationem contra Sulpitium edidit.

Cinna Optimus fuit poeta, qui Suurnam ſcripsit opus decem annorum ſpacio lucubratum.

Iuriſconſulti.

Caſſius Longinus Iuriſconſultus uir equeſtris ordinis, qui uſq; ad primam præturam peruenit, libros qui Iuris Ciuilis nuncupati ſunt compoſuit.

Celſus Iuriſconſultus multas edidit leges, quę per totum Iuris Ciuilis corpus diſperſe ſunt papæ auditor fuit etiam Alexandri Imperatoris consiliarius.

Cato legum conditor fuit quæ in libris digeſtorum habentur eorundem Papæ diſcipulus, & Alexandri conſiliarius.

Cœlius Sabinus leges cōdidit quæ hñr, et apud Veſpesinum plurimum potuit Caſſio Longino ſuccedēs.

Caliſteatus unus de legum conditoribus libros cō poſuit quæſtionum. Item inſtitutionum. Item de cognitionibus. Item ad edictum Monitorium eiuſdem Pa-

pæ auditor, & Alexandri conſultor.

Celſus pater Iuriſconſultus Celſum filium habuit ſucceſſorem. Is autem Pegaſo ſucceſſerat, ac Celſo filio ſucceßit Neraſius Priſcus ambo conſules Celſus libros edidit digeſtorum.

Cecilius Publij Elij frater Iuris Ciuilis maximam ſciētiā adeptus eſt, multa ſcripſit, multa ciuilibus ſtudijs contulit prioris Africani circiter tpibus florens.

Caſelius uir eloquentißimus libros benedictorum ſcripſit Iulij Cæſaris tempore clarus.

Literarum diuinarum ſcriptores.

Clemens Romanus papa huius nominis primus beati Petri diſcipulus librum compoſuit hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quem quidam itinerarium uocant. Scripſit et ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Corinthios Epiſtolam ualde mirabilem, & illi quæ ſub beati Pauli nomine ad Hebr. ſcribitur ſtylo et ſenſibus ualde conformem. Fertur & alia ex eius nomine diſputationem Petri & Appionis continens, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro nonprobat, quæ & auctoribus, teſte Hierony. reprobatur. Sed & tertiam eiuſdem Clementis fuiſſe nonnullis traditum eſt, cuius notitiam ſe non accepiſſe. Idem Euſebius profitetur. Tertio Traicum anno diem clauſit.

Clemens Alexandrinus preſbyteri Panteni auditor. Origenis uero pręceptor libros octo condidit ſtromatum quod ſonat opus uarie conteſtum. Cōpoſuit & lib. octo quos informationum uel diſputationū nomine poſſumus uocare. Item lib. ad Gentiles exhortatoriū. Item lib. tribus diſtinctū lib. qui dicitur Pædagogus.

Item librum qui inſcribitur, quis eſt qui ſaluus fieri poßit diues. Item alium de Paſcha & de diſputatione & ieiunio, & obtectratione. Item alium exhortatorium ad patientiã. Item ad Neophitos. Item alium qui inſcribitur Canon Eccleſiaſticus. Item de hiis qui Iudaicum ſenſum in ſcriptis requirunt quem ad Alexandrum Hieroſolymorũ epiſcopum ſcripſit. Item contra hæreſes. Extant enim tam diuinarũ ſcripturarũ quã literaturę ſecularis uolumina eruditionis & eloquentię inſerta. In Geneſim etiam commentarios pollicitus eſt Seueri Imperatoris temporibus florens.

Candidus, Comodo, et Seuero Imperãtibus in exameron elegantes ſcripſit tractatus.

Cyprianus Afer mundum ad fidem Chriſti conuerſus primum glorioſæ Rhetoricã docuit. Deinde Chriſtianam profeſſus fidem & Carthaginenſis epiſcopus conſtitutus multa ſcripſit, multa compoſuit ingenii huius, ut beatus refert Hieronymus, ſuper uacuum eſt iudicem texere cum Sole clariora eius ſunt opera. Scripſiſſe dicitur de lapſis uolumen egregium contra Nouatianos. Item ſacramentorum librum eximium. Item aliũ de laude martyrii. Ad Corneliũ papã epiſt. viii. Contra Nouatum & Nouatianũ diuerſos tractatus, & Epiſtolas, in quibus eorum condẽnat errores. Vidi ego grande illius Epiſt. uolumen ad diuerſos ſcriptorum ſonãti ualde ornatum eloquio. Sub Valiano et eius filio. Galieno martyrii palmam aſſecutus eſt.

Cornelius Romanæ urbis Epiſcopus ad Fabianum Anthiocenæ Eccleſiæ epiſcopum ſcripſit Epiſtolã de Romana, Italica, & Africana ſynodo. Item aliam de

Nouato, et aliis, qui lapſi erant. Tertiam de hiis quæ in ſynodo geſta ſunt. Quartam prolixam admodũ Nouatiane hæreſeos anathema continentem & cauſas. Sub Gallo & Voluſiano martyrium paſſus.

Cyrillus Hieroſolymorũ Epiſcopus ſub Theodoſio primo annis. viii. epiſcopatũ tenuit inconcuſſum cum prius ſæpe pulſus & receptus fuiſſet. Extare dicuntur eius epiſt. quas in adoleſcentia condidit.

Caßianus Maßilienſis preſbyter. Scripſit uitas patrum in Aegypto de gentium & regulas quę multam animarum ædificationem continent & luculento ſermone inceſcunt. Scripſit & res omnium Monachorũ profeßioni neceſſarias. i. de habitu et de Canonica oratione, atq; pſalmodia, quę in Aegypti monaſteriis die noctuq; fiũt lib. iiii. Inſtitut. lib. i. De Origene et qualitate ac remediis octo principalium uitiorũ lib. viii. ſingula ſingulis libris explicans. Digeßit et collationes cũ patribus Aegyptiis habitas, uidelicet. De deſtinatione Monachi ac fide. De diſcretione. De tribus ad ſeruiendũ Deo uocationibus. De pugna carnis aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. De natura omni uitiorum. De nece Sanctorũ. De mobilitate animæ. De principibus. De qualitate orationis. De perfectis. De caſtitate. De protectione Dei. De ſcientia ſpirituali. De diuinis chariſmatibus. De amicitia. De diffiniendo, uel non diffiniẽdo. De tribus antiquis generibus Monachorum & quarto nuper exhorto. De fide Cenobite & heremita. De ſatisfactione pœnitentiæ. De remißione quinquageſime. De nocturnis illuſionibus. De eo quod dicit Apoſtolus, Non enim

quod uolo facio bonum, ſed q̄ uolo malum hoc ago. De mortificatione. Ad extremum rogatus Aleone Archidiacono poſtmodū Romano Epiſcopo aduerſus Neſtorium. De Incarnatione Domini. vii. cōdidit libros, in quibus ſcriptis & uitæ terminum dedit Theodoſio ſecundo, & Valentiniano imperantibus.

Cyrillus Eccleſiæ Epiſcopus Alexandrinæ uariarum rerum tractatus edidit. Homelias multas compoſuit, quæ ad declamandum à Græciæ epiſcopis cōmendantur. Extare dicuntur & libri eius de ſynagogæ defectu. Et aduerſum hæreticos & præcipue Neſtorium liber, qui Elegeos intitulatur, in quo Neſtorij occulta panduntur, & prodita confutantur. Item ad Neſtorium Epiſtolas duas, in quibus illius damnat errores. Item ad Ioannem Epiſcopum Anthiocenum epiſtolas plures. Item theſaurorum lib. xxiiii. Contra Iulianum Imperatorem lib. viii. Supra Marcum lib. xii. Super Ioannem lib. ix. Item librum Proſphoneticum ad Theodoſium Imperatorem. Scripſiſſe & alia creditur, quæ adhuc ignorantur à noſtris.

Comodianus uir literis ſecularibus deditus occaſione ſumpta noſtra legens Chriſtianus effectus eſt. Volens itaq; muneris adepti Chriſto offerre libamina ſermone mediocri aduerſum gentes ſcribens quia noſtra parum attigerat ſua magis deſtruere q̄ noſtra potuit affirmare, moralem doctrinam, et maxime paupertatis uoluntariæ optime proſecutus eſt.

Cœleſtinus urbis Rom. epiſcopus Epheſinæ ſynodi decretū aduerſus Neſtoriū dictauit, et in unū uolumē clauſit atq; Orientis & occidentis eccleſias direxit.

Claudianus Vienenſis preſbyter uir ad loquendũ artifex, & in diſputatione ſubtilis tria quaſi de ſtatu uel ſubſtãtia aĩę cudit uolumina Iuſtino ſub principe.

Cœleſtius adoleſcẽs anteq̃ Pelagio occurreret ad parentes ſuos Monaſticos uiros Epiſt. moralem in libelli deſcripſit formam omnibus Deum timentibus neceſſariam nihil tenentem uitij, ſed ad ueritatis incitamenta uergentem.

Cæſarius Arelateñ. epiſcopus ſcẽ uitę uir ſcripſit Hom. plurimas morales et utiles Anaſtaſij ſcđi tpis.

Caßiodorus Apulus diuina & humana literatura pollens ſcripſit librũ determinate. De anima. De amicitia uariarum. De ortographia. Super pſalterio. C. l. tractatus. Hiſtoriã tripartitã. Iuſtiani primi tpibus.

Childebertus Cenomañ. epiſcopus & demum Archiepiſcopus Turoñ. in uinculis poſitus et tribulationes pro Chriſti nomine patiens plures ſcripſit Epiſt. Quoſdam etiam uerſus de ſuo exilio eleganti metro compoſuit. Librum etiam de tædio uitæ huius partim proſa, partim metro edidit quærimoniam ſui temporis ad ſeipſum, & de ſeipſo continentem. Orationem pulcherrimam ad ſanctam Trinitatem. Verſus de Eucharistia. Epitaphium Berengarij Turone præceptoris ſui magnifico cudit metro.

Cynus Piſtorieñ. Legum Doctor lecturam ſuper libro Codicis, compoſuit opus grande, atq; patronis cauſarum & doctoribus actu legentibus perutile.

Democritus Abderites philoſophus cuius diuitiæ tantæ fuiſſe prohibentur, ut Xerſis Perſarum Regis exercitui ad alimoniam facile ſufficerẽt. Cum Athe=

nas ſtudioſus peteret, ut amoris curis animo uacuo liberius ſtudio uacaret eas pauca admodum, Retenta ſumma patriæ donauit, multa in philoſophia ſcripſit diuinationem comprobauit. De hiis tractauit. Optimis libris cauſam cur Galli ante lucem canant explicuit huius ex fontibus Epicurus ſuos ortulos irrigauit, ut refert Cicero. Librum de natura Cameleontis compoſuit A. Gelius Magicam artē poſt Zoroaſtem & poſt Eſiodum Agriculturam ampliauit, ut ſcribit Iſidorus. Artaxerſis primi temporibus Illuſtris.

Demoſtenes philoſophus & Orator inſignis ex ignobili æditus patre uirtute ſua Athenis clarus emicuit. Compoſuit librum quē Tereſi fontem dixit. Item Philippica Philippi Alexandri magni patris tēpore.

Diogenes Comicus philoſophus nullos qui nominentur dereliquiſſe libros, legiſſe memini dictorum autem eius multæ illuſtres referuntur ſententię quas ſcriptores uitarum philoſophorum ſcriptis ſuis interſerunt. Fuit Alexandri Magni tempore.

Diogenes Babylonius philoſophus Stoicus lib. unū de diuinatione compoſuit. Item librum qui de animæ partu Iouis, & ortu Virginis dicitur, ut Tullius aſſerit. Secundi belli Punici tempore inſignis.

Dicirachus philoſophus Peripateticus libros de Diuinatione, & Somniis, ſcripſit Cicerone teſte, ſed diuinationis genera cætera ſuſtulit, ſomniorum autē & furoris reliquit. Sed de uitę ritu hominum librum edidit, in quo tradit bouum impetu plures extinctos homines, q̃ reliquis calamitibus.

Diagoras Atheos, qui poſtea eſt dictus Diodorus.

De diis tract. Deorũ nã ſuſtulit, et deos eſſe negauit.

Diodorus Prioneus. Dion Colophonius. Diophanus Niccenſis. Dionyſius Agriculturæ doctrinam ſcripto tradiderunt.

Hiſtoriographi Gentilium.

Ditis Cretenſis hiſtoriographus Troianum decenale cum Græcis deſcripſit bellum cui interfuit. Scripſit autẽ Phœniceis literis. Sed poſtmodum Neronis tẽpore in latinũ liber ille translatus eſt, qui habetur, ubi et Vlyſsis poſt exactũ bellum ſcribuntur errores.

Dares Frigius qui in eodem militauit bello, de geſtis ibidem ſcripſit Iliadę, quæ poſtea per Cornelium nepotem proſa, & per Ioſephum Anglicum metro in noſtrum conuerſa eſt ſermonem.

Diodorus cui cognomentum Trono fuit, multa hiſtorię mandaſſe creditur, ſed eius ſcripta apud nos nõ habentur, ut ſcribit A. Gelius, multarum tamen bibliotecarum narraſſe hiſtorias, beatus ſcribit Hierony. in Daniele, hunc præceptorẽ ſuũ fuiſſe dicit Tullius.

Dionyſius Persicus libros de geſtis & Cyri Regis Perſarũ ſcripsit. Sed apud nos nõ hñr, ut ſcr. Cic.

Dexipus hiſtoricus Græcus Alexandri Maximini, Maximi & Balbini Imp. uitas deſcripſit et geſta.

Dagelius Fuſcus Galieni Imperatoris, & tyrannorum illorum temporum geſta compoſuit.

Dionyſius phs Iudaica ſcriptis ſuis explicuit.

Diodes Coloniarũ cõpoſuiſſe lib. aſſerit Ioſephus.

Dion Fœniceas ſcripſit hoſtorias.

Dioſcorus Siculus Græcam ſcripſiſſe perhibetur hiſtoriam.

Draco Athomenſis leges ſcripſit Athenienſibus, ſed quia duę nimium in ſe ſunt eas abrogauerunt.

Grammatici & Oratores Pagani.

Donatus grãmaticus beati Hieronymi præceptor multa ſcriptis ſuis arti grãmaticæ contulit. Cõmentũ ſuper Terẽtio edidit. Librũ de Barbariſmo cõpoſuit. Item artem de nomine. Scripſit & ſuper Vergilio.

Diomedes quidam in Grammatica multa ſcripſiſſe dicitur, ſed eius ſcripta non habentur.

Dionyſius Grammaticus ſub Iuſtino primo clarus habebatur. Sed eius ſcripta non extant.

Didymus Grammaticus ſola uiuit fama, libri autem eius deperierunt.

Domienus Afer Orator inſignis Claudij temporibus claruit. De ſcriptis autem ſuis nil reperitur.

Catholicæ fidei Scriptores illuſtres.

Dionyſius Ariopagita, ex Gentilibus primus, ſed à Paulo Apoſtolo ad Chriſti fidem cõuerſus inſignis euaſit. Scripſit hic uir mirabilis de Angelica hierarchia. De diuinis nominibus. De myſtica Theologia.

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus Origenis auditor Heraclee in epiſcopatu ſucceſſor, multa pro baptiſma ſcripſiſſe dicitur uel traditur. Scripſit enim de pœnitentia lapſorum ad Aegypticos. Cohortatorium de martyrio ad Origenem. Item aliud ad Laudicẽſes. Ad Armenios de patientia. Ad Cornelium Romanũ Pontificem ſcripſit plurima. Ad Fabianum Anthiocenum Pontificem ſcripſit, de hijs qui ſub Decio principe martyrij agones apud Alexandriam paſſi ſunt. Scripſit & ad Romanos Epiſtolas de miniſterijs. De

Pace. De pœnitentia ad quoſdam qui Nouatum hæreticum ſequebantur. Item ad eoſdem alias duas ex quo ad fidem conuerſi ſunt. Sed & ad multos alios uaria & diuerſa ſcribens ſtudioſis quibuſq; inſtructionum & doctrinæ copioſiſsimam materiam dereliquit. Scripſit & libros de Baptiſmo ad Philomenem. Item ad Dionyſium urbis Romanæ preſbyterum. Item ad Romanum Pontificem. Scripſit & librum de repromiſſionibus futuris. Aduerſum Celſum quendam Epicureum Philoſophum, qui contra nos libros ſcripſerat octo uoluminibus reſpondit. Item Euangelium Matthæi. xxv. commentatorum libros edidit. In duodecim Prophetis plurima commentatus eſt, ex quibus. xxv. ſolum ad ſe perueniſſe Euſebius memorat. Extant eius Epiſtolæ ad Philippum Imperatorem eiuſq; coniugem Seueram. Item ad Fabianum Papam, & plurimos Eccleſiarum principes pro Catholica fide. Extant & aliæ ad diuerſos ſcripturę, quarum certũ numerũ ſcribit Euſebius in libros digeſtas ſe tradidiſſe memoriæ. Anno duodecimo Galieni Imperatoris uitæ finem impoſuit.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus multas texuit Epiſtolas Chriſtianæ fidei erudimenta continentes, huius uir doctrina & eruditione non ſolum populi quos regendos ſuſceperat fruebantur. Verumetiam procul poſiti, quibus per ſuas Epiſtolas ſe præſentem reddebat. Extant eius ad Lacedæmones ſcripta. Item ad Athenienſes. Et ad Nicomedẽſes. Ad Cortinenſes etiam cæteraſq; Cretæ Eccleſias. Scribit etiam eccleſiæ Amaſtrenorum cæteriſque Ponti Eccleſijs.

Item ad Generoſites et ad primum eorum Epiſcopum. Ad Sotherem etiam Rom. Epiſcopũ direxit epiſtolã. Scripſit & ad Chriſophoram ſanctam fœminã unam. Sub Marco Antonino, & Lucido Comodo illuſtris.

Damaſus Romanæ urbis Epiſcopus opuſcula multa breuia Heroico metro cõpoſuiſſe fertur, in quo ingenium elegans habuiſſe commemoratur. Sub primo Theodoſio propè octuagenarius interijt. Scripſit ad beatum Hieronymũ libellum de geſtis Pontificum.

Didymus Alexandrinus à prima ætate liminibus captus obijtq; literarum ignarus tantum ſui miraculum præbuit, ut Dialecticam & Ariſmeticam uſq; ad plenum didicerit. Plurima inſignia, edidit Commentarios in pſalmos omnes. In Euangelio Matthæi et Ioannis. Item de dogmatibus contra Arrianos lib. ii. De Spiritu ſancto librum, quem beatus Hieronymus ex Græco in Latinum ſe uertiſſe refert. In Eſaiam Thomos. xviii, Item Oſeæ ſcribens ad Hieronymum commenta. lib. iii. In Zachariam eiuſdem Hierony. exhortatione lib. v, In Iob cõmentarios multaq; alia q̃ ipſe idem indicare potuit. Obijt, lxxx. anno iam exacto.

Diodorus Alexãdrinus Tarſicus Epiſcopus, dum Anthiocenus eſſet preſbyter clarior fuit. In Apoſtolum commentarios edidit, aliaq; multa Euſebij ſecutus characteres. Cuius licet ſenſum imitatus fuerit eius tamen attingere nõ potuit eloquentiã, ignarus ſecularium literarum. Sub Valente uiruit Imperatore.

Dexter Patiani filius uir in ſeculo clarus, et Chriſtianæ fidei deuotus, hortatu cuius beatus Hieronymus compoſuit librum de Viris Illuſtribus hiſtoriam

omnino

omnimodam ſcribere ad eundem Hieronymum relatũ fuit, ſed illam nondum ſe uidiſſe. Idem pręfa: Hieron.

Donatus à quo Donatiani traxere uócabulum multa ſcripſit ad ſuam hæreſim pertinentia. Et de Spiritu ſancto librum Arriano dogmati congruentem: Conſtantino, Conſtantioq; Imperantibus.

Cinus de Muſello Florentini Agri Legum doctor inſignis, multas in libris Iuris Ciuilis gloſas utiles quæſtiones diſtinctiones contrariorum ſolutiones adiunxit, & aliquas domini Accurſij diſcordantes gloſas ad concordiam reduxit. Titulum de actionibus eleganter expoſuit. Regulas Canonici Iuris gloſis optimis declarauit, quæſtiones plurimas quas Bononię publice diſputauerat legum profeſſoribus dereliquit.

Philoſophi, Aſtrologi, Poetæ, Oratores, atq; Grammatici Gentiles.

Empedocles philoſophus Agrigentinus libros de Nat. Deorum compoſuiſſe fertur, in quibus, ut refert Cicero, cum in multis alijs peccaſſet Iudæorũ opinione turpiſsime lapſus eſt. Hic dum Echuria Sicilię montem conſcendiſſet, ut latentis incendij cauſas inueſtigaret in igneam decidens foſſam aſſumptus eſt. Artaxerſis primi temporibus.

Epicurus philoſophus Athenieñ. lib. de Nat. Deo. compoſuit, de quo refert Tullius, ꝙ ſolus primos uidit eſſe deos. Scripſit libros de regula, & iudicio. Et de ſanctitate et pietate aduerſus deos. Itẽ de uoluptate. Librum & hiſtoriarum, ut Priſc. ſcribit. Hic gloriabatur nullum ſe magiſtrũ habuiſſe, ut in libris illius ſe legiſſe refert Tullius. De elegãtibus eius dictis multa

à Seneca et alijs ſcript. referũtur. Vixit annis. lxxij.

Eliligen Aſtrologus librum compoſuit cuius titulus eſt Almageſti.

Eudoxus Aſtrologus Platonis auditor doctiſſimorum hominum iudicio & Aſtrologia facile princeps, ut ait Cicero, ut Aſtrorum cœliq; motus deprehenderet in excelſi montis cacumine multa notata conſcribens, uixit Darij noti temporibus uel cum Roma à Gallis capta eſt, ut placet A. Gelio.

Eſopus poeta Græcus ex Attica urbe fabularum condidit librum quem Romulus quidẽ ex Græco transtulit in Latinum. Anno primo Cyri Perſarum Regis Adelphis occiſus eſt.

Euripides poeta Tragicus Atheñ. ex obſcuris parentibus, Anaxagoram & Socratem præceptores habuit. Rogatus à populo ut ex Tragœdia quadã ſententiam tolleret, inquit ſe, ut doceret, non ut ab eo diſceret fabulas condere. Scripſit autem Phœniſſas, Hecubam, Tyrannum, Medeam, Anthiopam, Liciminiũ. Vir uitæ cõtinentiſſime morte tanto ingenio indigna uitam finijt rediens à cœna Archelai Macedonum regis morſibus canum dilaceratus eſt.

Eſiodus poeta Græcus de Aſſere inſula, libros de Dijs tractantes compoſuit. Bucolica ſcripſiſſe fertur, in quibus imitatus eſt eum Vergilius, ut Porphyrio, & beato Hieronymo placet. Scripſit et librũ ad Perſen. fratrem ſuum, quem erga cagameras. i. opera & dies nuncupauit. Tarquinij Priſci temporibus.

Ennius Tarentinus poeta Comicus Quinto Valerio, et C. Manilio cõſulibus natus, libros ſcripſit An-

nalium. Item *præceptorum*, Nemeam, Melampam, Andromedam, Medeam *comœdias*, Priſciano teſte, anno Ptolemæi Philomentoris duodecimo, articulari morbo interijt ſeptuagenarius. Sepultuſq; in Scipionum monumentis primo ab urbe lapide, Appia uia.

Epimenides Cretenſis poeta, ciuitate Gnoſia, Annis.cxxvii.uixiſſe traditur. Hunc oracula ſcriptitaſſe beatus Hieronymus in Epiſt. ad Titum refert. Scripſiſſe etiam in libris de Vita Philoſophorum legitur. De Geneſi & ortu diuino libros uerſuum quinq; millium. Et de diuerſis naturis rerum libros uerſuum nouem millium & quingentorum. Item proſa libros. De Cretenſi Pollitia & uictorijs eius. Feruntur eius & alia dicta & reſponſa elegantia. Solonis tempore floruit.

Eraclides poeta Ponticus Platonis diſcipulus libros de Natura Deorum cõdidit. Et ſomnum matris, Phalaridem Tyranni Siculi ſcripſit.

Eracus Aſtrologus in Aſtronomicis ſcripſiſſe dicitur Ptolemæi Philadelphi tempore.

Eriſites Tragœdias hiſtoriaſq; conſcripſit ſub Xerxe Perſarum Rege, iuxta Iſido.

Eſchillus Siculus poeta Tragœdus Darij Perſarum Regis tẽporibus florẽs, caſu teſtudinis ab Aquila ex alto dimiſſæ capitiq; eius illis ſe, extictus eſt.

Egeſias philoſophus Cyrenaicus miracula ſcripſiſſe fertur & fabulas. Hunc tantæ fuiſſe eloquentiæ ſcribit Valerius, quod mala uitæ huius repræſentando multis, uoluntariæ mortis cupiditatem ingereret. Quapropter à Ptolemæo Rege ulterius diſerere in=

hibitus eſt.

Eupolus poeta inter elegãtes comœdiæ ueteris ha bendus, ut uult Macrobius, fabulã inter cæteras ſcri pſit quæ Egas intitulatur. Item aliam quæ Colleaces inſcribitur.

Emilius Priocina orationem edidit, ut lex Emilia abrogaretur.

Eclius Meliſſus Grammaticus compoſuit librum de proprietate loquendi, Priſciano teſte.

Eſchines philoſophus & orator egregius cum ingenij ſui multa monumẽta dereliquiſſet tum maxime orationem illam quam in Theſiphontem protulit, poſtea apud Rhodum cunctis admirãtibus recitauit munus inſigne poſteris contulit, Philippi Macedonici Regis temporibus clarus.

Epigenes Rhodius, Euagor Tuſius, Eufranius Atheniẽſis, Eufranius Amphipolus, Egeſias Maronites, Eſcrion, Euphiton, Eſiodus, Epheſius uerſu. De Agricultura condidere libros, ut Varro perhibet.

Echateus hiſtoriographus libros de Abraam, & de Iudæorum gente poſteris reliquiſſe traditur.

Eſicuius Hiſtoricus Fœnica diſpoſuit, ut teſtis eſt Ioſephus.

Ephorus Hiſtoricus Aſianus Græcorum, & Perſarum deſcripſit hiſtorias.

Emilius Paternianus hiſtoricus uitã ſcripſit Auidij Caßi, qui ſub Marco Antonino arripuerat, moriente, Tyrannidem.

Emilius Macer libros. xvi. conſcripſit annalium, ut Priſcianus inſinuat.

Encolpius hiſtoricus Traiani et Alexandri Imperatorum deſcripſit uitas.

Elius Sabinus Maxini. patris, & filij Imperatorũ geſta ſcriptioni hiſtoricæ tradidit.

Elius Lampridius uitam deſcripſit Comodi Heliogabali Diadumeni & Alexandri Romanorum principum. Sub primo Conſtantino illuſtris.

Elius Spartianus Adriani Elij ueri Didij Iuliani Seueri Peſteuerij Nigri Carachalli atq; ingentiũ Imperatorum uitas deſcripſit & tempora Conſtantino primo Imperium gubernante.

Elius Cordus Seueri & Maximini principum Clodii Albinii, & Peſtenii Nigri Tyrannorũ geſta ſcriptioni tradidit.

Elius Maurus Seueri Imper. uitã memoriæ dedit.

Eutropius Ramanorum res geſtas à Iano ſumens initium, & in primo Theodoſio terminans ſub breuiloquio Liuium imitando cõme. Iuliani principis tpe.

Eccleſiaſticarum ſcripturarum Doctores & Compoſitores illuſtres.

Egeſippus gente Iudæus, ſed ad Chriſti fidem conuerſus & ſub Adriano atq; Antonino principibus florens Iudaicam hiſtoriam à Mathia Machabæo ſumẽs exordium uſq; ad belli Iudaici ſub Veſpaſiano et Tito nitens finem eleganti ſermone contexuit. Traditionem Apoſtolicæ prædicationis, & omniũ Eccleſiaſticorum actuum à paſſione Chriſti ad ætatem uſq; ſuam ſimplici ſermone conſcriptã in. v. libris memoriæ tradidit. Aduerſum idola diſputans quo primum errore creuiſſent hiſtoriam edidit, commentariorum librum

compoſuit. Aniceti Romani Pontificis tēpore Romā ſe ueniſſe dicit, ibiq; manſiſſe donec Aniceto, Sother, Sotheri ſucceßiſſet Eleutherius.

Euſebius Pamphili Cæſarienſis Epiſcopus ſuper Geneſi libros.xx.compoſuit. Diuerſarum rerum libros.xxv. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.ix. Cronicorum canonum hiſtoriam, & eorum Epitoma de Euangeliorum Diaphonia & eorum Canones. In Eſaiam lib.x. Contra Porphyrium lib.xxv. In quorum.xviii.xix. xx.accuratißime reſpondet ei contra Danielem prophetam ſcribenti. Topicorum lib.i. Apologiarum pro Origene lib.vi. De uita Pamphili martyris lib.iii. De martyribus quædam opuſcula. In.cl.pſalmos inſignes condidit commentarios. Cronographiam terrę inde et diſtinctas tribuum ſortes. Libellum urbium montium fluuiorum uicuum & diuerſorum terræ ſanctę quæ ſacra ſcriptura complectitur. Scripſit & librum Cronicum de temporibus à principio mundi inchoans ad tempora uſq; ſua declinans. Dioclitiani atq; Conſtantini primi temporibus.

Euſtachius genere Pamphilus Anthiocen. Epiſcopus aduerſus Arrianum dogma ſcribens Traianopolim in exilium miſſus uitæ terminum dedit Imperante Conſtantio. Extant ſcriptorum eius duo uolumina de anima. Aduerſus Origenem. Item Epiſtolæ infinite quas enumerare difficile eſt.

Euſebius Ciueſenus elegantis Rhetoriciq; ingenij uir innumerabiles, et qui ad plauſum pertineāt cōpoſuit libros, magni ſecutus hiſtoriam, ab hijs qui declamare uolunt maxime legitur. Quorum præcipui

ſunt aduerſum Iudæos & Gentiles, atq; Nouatianos. Ad Galatas quoq; ſcripſit lib. x. Et in Euangelio Homelias plurimas breues. Sub Conſtantio uitam finijt Antiochiæ ſepultus.

Efrem Edeſſene Diaconus Eccleſiæ Syro ſermone multa conſcripſit; quæ publicæ in quibuſdam eccleſijs ſcripta leguntur. Extat liber eius de Spiritu ſancto, quem de Syria lingua uertit in Græcam, hunc beatus Hieron. legiſſe ſe dicit, & acumen ingenij illius etiã in translatione notaſſe. Sub Valente obiit principe.

Euzcius Cæſarienſis Epiſcopus Origenis et Pamphili bibliotecam corruptam labore multo reſtaurare in membranis conatus eſt. Feruntur eius uarii multipliceſq; tractatus quos noſce non eſt facile, ut beatus ſcribit Hieronymus.

Euſebius alter gente Sardus ex Romanæ urbis lectore Vercellenſis Epiſcopus ob fidei confeßionem à Conſtantio Imperatore Sitopolim, & inde in Capadociam relegatus, & ſub Iuliano regreſſus in pſalmos Euſebii Cæſarieñ. quos de Græco in Latinum uerterat edidit commentarios. Moritur Valente & Valentiniano regnantibus.

Euagrius Macharii abbatis familiaris diſcipulus diuina pariter et humana literatura clarus aduerſum octo principaliũ uitiorũ ſuggeſtiões, quas aut primus aduertit, aut inter primos didicit octo ex ſacrarũ ſcripturarũ teſtimoniis lib. oppoſuit, ita ut unaquæq; ſuggeſtio cõtra ſe habeat teſtimoniũ hũc lib. ex Græco in Latinũ uertiſſe ſe tradit Genadius. Scripſit et Anacoricis ſimpliciter uiuẽtibus lib. centũ ſentẽtiarũ p ca-

pitula digeſtum, eruditis uero & ſtudioſis quinquaginta, quem etiam in Latinum ſe tranſtuliſſe primum idem refert Genadius, ſuperiorem uero iandudũ translatum quia uitiatum et confuſum reperit, partim interpretando, partim emendando auctoris ueritati reſtituit. Scripſit & Cenobitis, et Synodatis doctrinam uitæ communis: Virgini Deo ſacratę libellum edidit religioni ſuæ conuenienti. Et ſexui paucas etiam ſentiolas obſcuras ualde & ſolis Monachorum cordibus ut idem ait cognoſcibiles cudit, quas etiam Genadius ex Græcis Latinas fecit. Vixit longa ætate ſignis & miraculis clarens, moritur Valente regnante.

Eucherius Lugdun̄. Epiſcopus ad Varanum propinquum de contemptu mũdi & ſecularis philoſophiæ epiſtolam Scolaſtico ſermone conſcripſit. Sanctarum ſcripturarum obſcura quæq; capitula diſſeruit Valentiniani ſecundi temporibus.

Euagrius alter, Symonis Iudæi, & Teophili Chriſtianæ ſcripſit, alteram cõmunem pœne omnibus notam, Martiano ſub principe.

Eutropius preſbyter ad duas ſorores Chriſti ancillas ob fidei deuotionem à parentibus exhęredatas epiſtolas conſolatorias eleganti, & aperto ſcripſit eloquio, ratione non ſolum, ſed & ſcripturarum ſanctarũ teſtimonio cõmunitas Valentiniani ſecũdi tpibus.

Euſebius alter de dominicæ Crucis ſcripſit myſterio, et apoſtolorũ Petriq; pręcipue cõſtãtia et uirtute.

Epiphanius Salamine Cypri Epiſcopus aduerſum omnis hæreſes libros compoſuit, aliaq; multa, quæ, ut beatus ſcribit Hierony. ab eruditis Papæ res, à ſim=

plicicribus Papæ uerba leguntur, hunc refert ſuo tpe ſupeſſe, et in ſenectute bona opuſcula uaria excudiſſe.

Eunomius Cyzicenus Epiſcopus Arriana labe infectus in tantam peſtis illius prorupit inſaniam, ut q̄ alii tegunt hic publicę fatetur, beatus Hieronymus ſcribit, hunc tempore ſuo in Capadocia fuiſſe & multa contra eccleſiam ſcriptitaſſe. Sed reſpondebant illi ex noſtris Apollinatis. Didymus Baſilius & uterq; Gregorius Nazanzenus, uidelicet & Niſenus.

Euagrius Antiocenus Epiſcopus uir acris et pręſtantis ingenii Beati Antonii uitam ab Athanaſio Græcę ſcriptam in Latinum conuertit ſermonē. Dum adhuc eſſet preſbyter diuerſorum tractatus beato legit Hieronymo, quos nondum publicauerat.

Eliodorus preſbyter librum de naturis rerum ſcripſit exordialium in quo tradit unum eſſe principium nec quicquam Deo eſſe coæuum.

Eliodorus alius Anthiocenus preſbyter eccleſiæ egregium de uirginitate uolumen edidit ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis refertum.

Ennodius Epiſcopus Ticinenſis epiſtolarū librum ad diuerſos directarum eleganti & arduo ſtylo compoſuit. Quem Symmachus Papa confirmauit in ſynodo, ut Sigib. aſſerit, Zenone & Anaſtaſio imp. fulſit.

Egidius Romanus de ordine Eremitarum ſacræ Theologiæ Doctor elegantis. Vir ingenii.

Illuſtres uiri Gentilium.

Fabius Pictor ſcriptorum, ut refert Linus antiquiſsimus libros Græcos ſcripſit uernales, in quibus refert q̄ omnia quæ abſica geſta dicuntur, & quæ illi

accideruut ea fuerunt quæ ſecundum quietẽ uiſa ſunt ut ſcribit Cicero. Scripſit & Romanorum geſta, circa initia belli ſecundi Punicei florens.

Filiſeus Hiſtoricus ſub Dionyſio Syracuſano clarens geſta illius & illorum ipſorum exarauit.

Fabianus philoſophus & Orator Aurelii Fuſci et Blandi Rhetorũ in Rhetoricis auditor in philoſophicis feſti, multas cõpoſuit declamatiões, Seneca teſte.

Frontinus ſub Domitiano & Troiano illuſtris librum de re militari tradidit exemplis inſignibus rem explicans militarem.

Fabius Baſſus librum de Verborum ſignificatione compoſuit Plurimi ſecundi contemporaneus.

Flegon Adriani Imperatoris Libertus eiuſdem principis deſcripſit uitam. Creditum eſt Adrianum ipſum illos compoſuiſſe libros & ſeruo ſuo etiam titulandos tradidiſſe famæ ſuæ, cuius erat cupidiſsimus conſulens, ut plus de ſe alteri, quam ſibi ipſi de ſe crederet, ut Spartianus ſcribit.

Fabius Feriulianus Pontifex Maximus Cerimoniarum flamendialiũ lib. cõdidit. In quorũ. xii. negat oportere atro die parẽtare, quia tũc Ianuariũ Iouẽ q; præfari neceſſe eſt, quos atro die noĩari non oportet.

Fedron Socratis & Platonis familiaris primo ſeruus fuit à Coba Socratico emptus, deinde philoſophus illuſtris emerſit. Sermones eius de Socrate ualde elegantes leguntur.

Fabius Marcellinus Traiani Imperatoris uitam ſcripſit & geſta.

Flauius Vopiſcus Syracuſanus Aureliani Taciti.

Floriani Chari Carini & Numeriani principum Romanorum Firmi, Saturnini, Proculi, & Bonosi Tyrannorum geſta deſcripsit & uitas. Conſtantini magni temporibus.

Fabius Sosianus, Firmi ſub Aureliano Tyrannidem occupantis uitam & geſta memoriæ dedit.

Fuluius Aſprianus Carini Imperatoris uitæ et geſtorum enormium ſcriptor. Sigillatim uniuerſa eius flagitia uſq; ad tædium audientium recitauit.

Fabius Cerilianus Chari Carini et Numeriani Imperatorum uitas et geſta ſolertiſſime proſecutus eſt.

Pronto Cornelius, ut quorũdam opinio eſt, Plutarchi nepos Orator eximius, multas orationes insignes compoſuiſſe fertur, ſub Marco Antonio florens cuius præceptor extitit.

Fabius Iuriſconſultus Aurelii Alexandri Imperatoris conſultor Papæ diſcipulus, multas condidit leges quæ ſparsim in corpore Iuris Ciuilis clauduntur.

Florentinus Iuriſconſultus eiuſdem Alexandri domeſticus librum Inſtitutionum inſtituit.

Ferecides Syrus Epiſcopus, multa apud Græcos de cœl. et diu. philoſophando ſcripsiſſe traditur, primus apud eos ſoluta oratione ſcripſit plurima ẽt metra cõſcripſerat, Biãtis auditor fuit, Pith. uero prꝗc.

Fuluius nobilior librum de Faſtis tradidit, quem in æde Herculis Muſarum poſuit.

Feneſtella hiſtorias ſcripsit, ſed carmine ſub Tibino principe moritur, apud Cumas ſepelitur.

Furius Antiarius Iuriſconſultus ad edictum prætoris libros adiecit.

Fauorinus philoſophus Adriani principis magiſter de ueteris ſcripſiſſe, Apuleius refert.

Feſtus Poſthimus philoſophus Fabiani prçceptor.

Facetus metricum compoſuit libellum in quo ſuos decantat amores.

Falcoma Proba Adelphi uxor ex Vergilio Centonam elicuit.

Illuſtres uiri Chriſtianorum.

Fileas Aegyptius de ciuitate Tamui uir nobilis genere & opum non modicarum ſuſcepto epiſcopatu uolumen elongatiſſimum de martyrum laude compoſuit, ſed cum idolis immolare renueret capite truncatus eſt Maximiano ſub principe.

Fetitius Aduenſis Epiſcopus fama in Gallia celebris Conſtantini temporibus in Canticis Canticorum edidit commentarios. Aduerſus Nouatianum grande ſcripſit uolumen.

Fauſtus preſbyter ad Facillam Reginã contra Arrianos Macedonios ſeptẽ ſcripſit libros, eos arguens maxime ſcripturarũ teſtimonio, quibus illi prauo ſenſu utuntur ad blaſfemiam. Scripſit & pro ſuorum defenſione librum ad Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium principes.

Fotinus Gallogrçcus Syrini Epiſcopus Hebionis hçreſim inſtaurare conatus à Valentiniano primo eccleſia pulſus eſt. Plura hic ſcripſit uolumina, in quibus prçcipua sũt aduerſum gẽtes, et Valẽtianũ libri.

Fedabius Ageñ. Gallarum epiſcopus contra Arrianos uolumen edidit. Dicuntur eius & alia extare uolumina quç nondum ſe legiſſe, beatus dicit Hiero=

nymus, uiuebat enim ſuo tēpore decrepita ſenectute.

Faſtidioſus Britanniç Epiſcopus de uita Chriſtiana ad Falem quendam conſcripſit librum. Scripſit & alium de uirginitate ſeruanda Deo digna doctrina.

Faſter alter ex Lerinenſi Abbas, apud regiū galliæ factus epiſcopus uir in diuinis ſcripturis intentus librum edidit de Spiritu ſancto. Item opus egregium de gratia Dei qua ſaluamur. Libellum eius aduerſum Arrianos & Macedonianos legiſſe, ſe ſcripſit Genadius. Item aduerſus eos qui dicunt eſſe in creaturis aliquid incorporeum. Epiſtolam etiam ad Diaconum quendam nomine Grçcum qui à Catholica deſcendens fide ad Neſtorii abierat impietatem. Scripſit & epiſtolam aliam ad Fœlicem prçfectum prçtorii ad Dei timorem exhortatoriam. Extant & alia eius ſcripta quæ ſe nondum uidiſſe, dicit Genadius. Ideoq; nominare non audet. Anaſtaſii primi temporibus claruit.

Fulgentius Afer de ciuitate Lepti, Ruſpenſis epiſcopus uir in diuina & humana literatura prçſtans aduerſus Fauſtum elegans ſcripſit uolumen. Compoſuit & tractatus, & homelias multas plurimoſq; ſermones. Scripſit & fabularum Allegoriā libro quem Mitrologiarum uocabulo intitulauit. Anaſtaſio primo Imperium moderante.

Fiſiologus libellum condidit, in quo naturas & figuras quorundam ſcripſit animalium.

Fortunatus poeta Italus deinde Pictauienſis Epiſcopus uir egregius ingenio clarus ſenſu celer, ore ſuauis beati Martini actus Heroico metro quatuor digeßit uoluminibus, Hymnos etiam feſtiuitatū ſingu

larum eleganter cōpoſuit Iuſtini Iun. tpibus illuſtris.

Fauſtus Monachus & beati Benedicti diſcipulus ipsius beati Patris conſcripsit uitam. Beati Mauri condiſcipuli ſui hortantibus confratribus ſuis actus & geſta memoriæ tradidit.

Facundus Hermianēſis Epiſcopus prouinciæ Africanæ ad Iuſtinianum Imperatorem grande librorum xij. direxit uolumen pro defenſione Ibe, & Theodori Mopſueſteni Epiſcopi, qui dicebatur in tribus capitulis contra præcepta Calcedonēſis Cōcilij aliqua protuliſſet. Scripſit et libellū contra Mutianū Scolaſticū.

Fortunatianus Afer Aquilegienſis Epiſcopus in Euangelio breues Ruſtico ſermone edidit commentarios. Eo deteſtabilis habitus ꝙ Liberium Romanum Pontificem primum ſolicitauit & fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit.

Scriptores Illuſtres Gentium.

Gelius Hiſtoriographus certus Romanæ auctor hiſtoriæ, ut ſcribit Valerius, Annalium libros compoſuit Grachorum temporibus.

Gaius Memius Iulij Cæſ. uitā deſcripsit et geſta.

Gaius Grachus Romanus hiſtoricus Romanas, ut tradit Cicero, ſcripſit hiſtorias. Item Achlantam. Item orationem contra Quintum Emilium.

Gaius Fannius Annabaim edidit libros.

Gaius Druſus Anquanti uitam ſcripſit & geſta.

Gaius Florus poeta Iaſonis et Comitū profectionē in Colchas, et Velleris Aurei, et Medeæ raptum Heroico exarauit metro, ꝙ opus argonauticon noīauit.

Getalius Len. C. Caligulę Imp. uitā deſcri. et tpa.

Gordianus Senior Romanus Imperator Antoninorum geſta metro, & laudes proſaice exarauit.

Gargilius Martialis Aurelij Alexandri Imperatoris uitam memoriæ tradidit.

Gaphar Aſtrologus, qui dictus eſt Albumaſar cõpoſuit librũ, qui dicitur maior introductorius, qui incipit, Laus Deo. Item librum Commenta. qui incipit, Scientia ſignorum. Item librum qui nominatur Flores Albumaſar, & incipit, Sed te primo. Item librum experimentorum, qui incipit, Scito horam. Qui omnis ſunt de iudicijs.

Gumath Babylonius librum ſcripſit imaginum.

Gez Græcus libros Imaginum de ſtationibus ad cultus Veneris edidit, qui incipit, Cõmemoratio. Item de quatuor ſpeculis, qui incipit, Obſerua Venerẽ. Itẽ de imaginib. Veneris, qui ĩcipit, Obſeruabis Venerẽ.

Gallus Ancipatus laudes ſcripſit Aureoli temporibus Claudij.

Gaius Iuriſconſultus Inſtitutionum libros compoſuit. Item libros ad leges. xii. tabularum. Item librum ſingularem regularum. Item rerum quottidianarum ſiue Aureorum. Item ad edictum prouinciale. Item librum de Verborum obligationibus. Item ad Neratiũ. Item fideicommiſſorum. Item librum ſingularem de caſibus. Item ad edictum prætoris de publicis cauſis. Item librum ſingularem ad formam hipotecariæ. Item ad edictum Curulium. Item libros Iuris Ciuilis.

Gallus Aquilinus Iuriſconſultus Cecinenſis Tullii Familiaris, libros de Iure Ciuili edidit, qui ſparſim in corpore Iuris clauſi ſunt.

Gaius Falcedius trib.pleb.legem Falcidiam protulit ſub augumento, ut ſcribit Euſebius.

Gorgias Leontinus philoſophus & Rhetor inſignis Iſocratis philoſophi præceptor Athenis, Artaxerſis primi temporibus clarens cunctos ætatis ſuæ literarũ ſtudijs exceſsit adeo, ut cuicunq; de re quaq; quærenti, ſe reſpondere profeſſus ſit. Hic Græcis inter ſe diſsidentibus librum pulcherrimũ edidit de concordia et Colympię recitauit, uniuerſa Gręcia ſtatuã ex ſolido auro in tẽplo Apollinis Delphici poſuit, cũ uſq; ad hoc tempus auratas ſolummodo collocaſſet.

Gallio frater Senecę declamator egregius quẽ inter eloquentiæ flumina ponit Hieronymus, multas elegantes tradidit declamationes. Et demum ſub Nerone ſe propria manu confodit.

Gaius Titus Orator elegãs orationẽ protulit qua legẽ famã ſuaſit, ĩ qua utilia multa legũtur et grata.

Gneus Matillius ſcripſit Iliadem, Priſc.teſte.

Gaius Baſſus librum de Dijs compoſuit, in quo ait bifrontem Ianum fingi, quaſi ſuperũ atq; inferum fingi. Imitatorem eundem quadriformem quaſi uniuerſa animata complexum. Item lib.de ſignificat.uerborũ.

Glancipus de ſacris Athenienſium libros emiſit.

Grauius Licinianus Faſtorum edidit libros.

Geminus librum tradidit, in quo ſic ſcribit, Venerem igitur Alinam adorans ſiue fœmina ſit, ſiue maſculus eſt, ita uti Alina noctiluca eſt.

Gallenus Medicus de Pergamo uir ingentis ſcientiæ & experientię multę, in medicinalibus libros multos compoſuiſſe traditur. De quorum numero ſunt.

De ſimplici

De ſimplici medicina. De perfectis medicinis. De meliori habitudine. De bona habitudine. De optima habitudine. De calido & frigido. De uirtutibus naturalibus. De demonſtratione. De complexionibus. De malitia complexionis diuerſæ. De elementis. De natura hominis. De inęquali diſtemperantia. De compendioſitate pulſuum. De redargutione ſilentium ægritudines. De enexia. De ſpermate. De utilitate pulſus. De differẽtijs pulſuum. De cauſis pulſuum cum cõmento. De motibus liquidis. Liber inter dictionis pulſus. De compendio pulſus. De ſignificatione per pulſum. De iuuamento auditus. De cauſis auditus. De differentijs febrium. De temporibus ægritudinum. De iuuamentis membrorum. De accidente & membri morbo. De catatricis. De Typo et Rigore. De criſi. De criticis diebus. De uoce. De interioribus. De anotomia. De diſnia. De doloribus mulierum. De ægritudinibus mulierum. De alimentis. De malo anhelitu. De ſimplicibus. De undimijs. De ingenio ſanitatis, Tegni & Miotegni. De proprietate, de experimẽtis. Antidotariũ. Paßionarium. De pulſuum uarietate. De uirtutibus farmacorum. De humoribus. De diæta & cura. De exercitio. De bonis & malis humoribus. De febribus quæ dicũtur Peripheos. De Phlebotomia. De apoſtematibus. De tabe. De cura Iteritiæ. Liber ſecretorũ. De Alchimia. Item libros Vndimiarum maiorem & minorem. De ſubſtantia uirtutum. De uirtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus. De pratica. Episto. lib.

Gaius Opius Iulij Cæſaris geſta ſcripſit & uitã.

Gabinianus declamator inſignis, quẽ beatus Hie=

ronymus Flumen nuncupat eloquentię elegantes tradidit declamationes.

Galba Sertorianum bellum cum Romanis ducibus in Hiſpania geſtum memoriæ tradidit.

Gallus poeta eximius, qui Aegypti præfecturam primus omnium tenuit Euphorionis Calchidenſis libros ex Græco in Latinum uertit eloquium, & annorum ſuorũ. De Citheride uulgari fœmina quatuor compoſuit lib. Auguſti temporibus clarens.

Diuinarum literarum Scriptores Illuſtres.

Gaius quidam ſub Zepherino Romano Pontifice aduerſus Proculum Montani ſectatorem inſignem habuit diſputationem quam in unum redegit uolumen, in qua inter cætera ſcribit Epiſt. Pauli, quæ inſcribitur ad Heb. eiuſdẽ non fuiſſe. Quã etiã apud Rom. quaſi pro ſua non haberi uſq; ad ſua tp̄a btũs tradit Hiero.

Gregorius Nazanzenus beati Hieronymi præceptor uir eloquentiſsimus plures compoſuit tractatus. De quibus Ruffinus Aquileieñ. preſbyter ſe. x. ex Græco in Latinum uertiſſe eloquium aſſerit, hũc ad xxx. millia uerſuũ omnia ſua opera compoſuiſſe beatus tradit Hiero. ex quibus hæc. De morte fratris Coſarij. Machabæorum laudes. Athanaſij laudes. Laudes maximi philoſophi quem quidam falſo Ironiam uocant, quia extat alius uituperationem eiuſdem Maximi continens. Nam licuit eundem laudari & uituperari pro tẽpore. Edidit & librum Heroico metro uirginitatis, et nuptiarum contra ſe diſceptantium. Aduerſus Eunomiũ duo eius extant libri. De Spiritu ſancto unus. Contra Iulianum Imperatorẽ unus. De caſu

ipſe loco ſui ordinauit Epiſcopũ, et ruri ſecedẽs monachiã uitã exercuit, et moritur ſub Theodoſio ſeniore.

Gregorius apud Pontum ſacerdos demum Neoceſarię Epiſcopus atq; martyr in Eccleſiaſten magnificentiſsime ſcripſit. Catholicæ fidei expoſitionem breuiter editam etiam dereliquit. Multis & illuſtribus miraculis Deo cooperante dum adhuc uiueret fulſit.

Gregorius Niſſenus epiſcopus frater Baſilij Cęſarienſis epiſcopi. Contra Eunomiũ ſcripſit libros, quos beato Hieronymo, & Gregorio Nazanzeno legit. Scripſit & contra Apollinarem lib. qui inſcribitur. In quo euidenter oſtendit in Chriſto unam eſſe perſonam, ſed duas naturas et operationes. Item lib. de anima obſcurum ualde, quem Piſanus Cauſidicus tempore ſecundi Federici de Græco tranſtulit in Latinum. Item Epiſtolam de Trinitate fidem Catholicam explicantem. Valetis & Gratiani temporibus.

Gelaſius Cæſareæ Palæſtinę poſt Euzoium epiſcopum Accurati Latini ſermonis uir quædam ſcribere dicebatur, ſed adhuc ea celabat, ut btũs ſcribit Hiero.

Gennadius Conſtantinopolitanus epiſcopus acris uir ingenij & lingua diſertus Danielem prophetam ex integro ad uerbum expoſuit. Homelias plurimas dedit Leonis prioris tempore fatis cedens.

Gelaſius Papa aduerſum Euticẽ et Neſt. grãde et elegãs cõſcripſit uolumẽ. Tract. diuerſarũ ſcripturarũ et ſacramẽtorũ limato ſermone cõpoſuit. Cõtra Petrũ et Achatiũ epiſt. ſcripſit. Hymnos ad ſimilitudinẽ beati Amb. edidit. Themũ de Anathematis uinculo cudit. Cõmonitoriũ Fau. apud cõſtãtinopolim leg. officio

fugienti direxit. Epiſtolas ad Anaſtaſium principem & epiſcopos per Orientem, & Dardaniam conſtitutos rationem reddentes iuxtæ damnationis Achatij deſtinauit. Item ad eoſdem Orientis epiſcopos de uitanda Achatij communione. Ad Euphemium Conſtantinopolis epiſcopum, ad Suconium Afrum epiſcopũ et ad Natalem abbatem ſcripſit epiſtolas, Anaſtaſij tpe.

Gregorius Beticus Hiliberi epiſcopus Hiſpanieñ. ad extremam uſq; ſenectam tractatus diuerſos mediocri ſermone texuit. Et de fide uolumen elegans quod extare dicitur edidit.

Geminus Anthiocene preſbyter eccleſiæ, mox Zebenne urbis ſuæ Pontifex pauca ingenij ſui monumenta dereliquit. Alexandri Imp. floruit tẽpore, quo Heraclas Alexandrinæ eccleſiæ ordinatus eſt præſul.

Gennadius Maßilienſis preſbyter aduerſus omnis hæreſes octo ſcripſit uolumina. Aduerſus Neſtorium quinq;. Contra Eniticem. x. Contra Pelagium tres. Tractatus de mille annis, qui in Apocalypſi habentur compoſuit. Epiſtolam fidem ſuam explicantem ad beatum Gelaſium Romanæ urbis Pontificem miſit. Beatum imitatus Hieronymum, aſſumptum de Viris Illuſtribus librum, ubi ille dimiſerat ad tempora ſua uſq; deduxit. Quorum omnium ipſe idem aſſertor eſt.

Gregorius Papa huius nominis primus Romanus patria, in Eccleſia Dei Doctor eximius ſub Foca & Mauritio Romanis Imperatoribus pontificatũ tenens ſanctitate uitæ ſignis et miraculis clarens, librum cõpoſuit paſtoralem, in quo oſtendit qualis eſſe debeat, qui ad Eccleſiæ curam debet aſſumi. Sacramentorum

librum per totum anni circulum. Euangeliorum homelias.xl. Dialogorum libros.iiii. Super Iob lib.xxxv. Primam & ultimam Ezechielis partem quæ obſcuriores uidebantur per homelias.xxii.q̃ lucis habeant demonſtrauit. Antiphonarum, nocturnum, & diurnum, ex ſanctarum ſcripturarũ diurnarum ſonte dulciflua et ſuaui modulatione formauit. Epiſtolarũ ſuarum registrum ad diuerſos miſſarum in.xii.uolumini bus ordinate digeßit. Super Cantica Canticorum & in omnis prophetas. Et quatuor libris Regum Ioſue, & Iudicum, multa ſcripſiſſe dicitur, aliaq; plurima quæ ab inuidis combuſta traduntur.

Gulphilas Gothorum Epiſcopus Gothicas repererit literas, & teſtamentum uetus recte in linguam tranſtulit propriam. Valentiniani primi & Valentis nitens temporibus.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus Francorum Regum ſcripſit hiſtoriam inchoans à Pharamundo primo ipſorum Rege & uſq; ad Theodoricum Dagoberti ſecundi filium, claro & apto ſtylo deducens.

Gratianus Monachus Moñ. de Claſſe, quod prope Rauennam eſt ex ſcriptis Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi, & Iuoñ. ſancti Quintini præpoſiti Beluacenſis, et aliorũ ſanctorum patrum, & Conciliorũ traditionibus Bononiæ apud ſanctum Fœlicem commemorans Decretorum librum compoſuit. Qui in toto orbe ubi fides Catholica colitur inſignis habetur.

Gulielmus Duranti Domini Clementis.iiii. Papæ Subdiaconus de monte Peſulano compoſuit grande uolumen, quod Speculum iudiciale nuncupauit opus ad=

uocatis utiliſſimum, continet nãq; Theoricam et praticam utriuſq; Iuris Canonici, uidelicet et Ciuilis. Itẽ repertoriũ in Iure Canonico opus admodũ utile. Gloſas etiã bonas edidit ſuper Decretalibus Gregorij. x. quas promulgauit in concilio Lugdunenſi.

Guido de Baiſio Bonoñ. Archidiaconus demũ Reginus epiſcopus ſuper lib. Decret. lecturam immenſis uoluminis compoſuit, q̃ Roſarium intitulauit. Iuris præcipue Canonici profeſſoribus opus utillimũ. Sextũ lib. Decr. Bonifacij Papæ. viii. Glo. optimis expoſuit.

Gofredus de Trano Apulus, Summam in Iure Canonico optimam condidit.

Philoſophi Hiſtorici poetæ Gentilium Illuſtres.

Homerus philoſophus & poeta mirabilis Troianam hiſtoriam, & Decennale bellum Heroico metro deſcripſit. Quod opus in. xxiiii. digeſtum uoluminibus Iliadem nuncupauit. Scripſit & alijs. xxiiii. poſt captam & deuſtam Troiam Vlyſſis errores, quod opus Odiſſeam dixit. Scripſiſſe dicitur fabulas quæ referũtur ad Deos, ut Criſippo placet. De hominis patria & tẽpore apud Græcos et Latinos altercatio nõ modica eſt. Hic in inſula quædam poſitus, quia à piſcatoribus quæſtionẽ propoſitam non potuit ſoluere extinctus traditur præ dolore. Sauli ut quibuſdam placet clarens temporibus.

Herodotus Græcorum & Perſarum ſcripſit hiſtorias Chaldęus gẽte et Creſi Lydorũ regis tpe clarus.

Higinus libros de Vergilio fecit, ut ſcribit A. Gelius. Item de Dijs penatibus, ut refert Macrobius.

Item de uita rebuſq; Virorum Illuſtrium. Item de Re Militari, Policrato teſte.

Helauicus Græcorum & Perſarum ſcripſit hiſtorias Poleponenſis belli cepti temporibus florens.

Hoſtilius libros ſcripſit Annalium.

Herodianus Græcus Troiani Seueri Alexandri Diadumeni Imperatorum geſta conſcripſit. Scripſit & in Grammatica, ut Priſcianus docet.

Heuenior Aſtrologus ſcripſit librum de Natiuitatibus, qui incipit, Scito q̃ diffinitiones, hunc interpretatus, & præter cæteros ſecutus eſt, Ennius ut ait Cicero.

Hermanus in Aſtrologia librum condidit, qui incipit, Hermanus.

Galli in Aſtrologia librum ſcripſit, qui incipit, Rogaſti me.

Herines Aegyptius Platonis diſcipulus Athenis claruit. Hunc libros plures feciſſe legimus. De imaginibus qui præſtigiorum dicitur, & incipit, Qui Geometricę. Item alium qui incipit, Probaui tres libros. Librũ maximũ maternũ in quo ſunt multi tractatus, unus de imaginib. matrimonij, alius de characteribus eius, alius de annulis, alius de ſigillis, quorũ ultimus incipit, Dixit expoſitor. Itẽ lib. Veneris plures tractatus habentẽ. ſ. de imaginibus characteribus annulis et de ſigillis. Itẽ lib. ſolis qui incipit, Luſturmius. Item lib. de imaginib. Martis, et incipit, Hic eſt liber Martis. Item de imaginib. Iouis, & incipit, Hic incipit liber Iouis. Itẽ de imaginibus Saturni, & incipit, Hic eſt liber Saturni. Item aliũ qui incipit Tractatus.

Item alium de ſeptem annulis planetarum, qui incipit, Diminutio Lunæ. Item alium de quibuſdam medicinis & coniunctionibus Planetarum, qui incipit, Quando Saturnus. Item alium de confectionibus ad capiendum animalia ſilueſtra Lupos, & Aues, hunc ſcripſit ad Ariſtotelem, et incipit, Dixit Ariſtoteles. Scripſiſſe dicitur & librum de Verbo perfecto. Item alium ad Selepium. Item duos de Matheſi.

Hiſigonus miraculorũ lib. edidit, ut A. Gel. ſcribit.

Hermogenianus Iuriſconſultus Papæ auditor Iuris Epicomorum libros compoſuiſſe fertur, Alexandri Imperatoris tempore cuius fuit conciliarius.

Hilus librum de Dijs condidit, ubi ait, Vincula uicari Deam quæ lætitiæ præeſſe.

Hermippus Græcus uir circa omnẽ hiſtoriã diligẽtiſsimus indagator libros de uiris ſcripſit Illuſtribus.

Heraclitus Aſianus philoſophus dictus tenebroſus, Papæ obſcuras ſententias multa latitabilia ſcripſiſſe dicitur, ut ex lib. eorũ, qui de uita philoſophorũ ſcripſerunt colligitur, Decij prioris tpibus clarens.

Hechaton Rhodi Pannetii auditor, ad quintum Tuberonem libros de officiis ſcripſiſſe refert Cicero, Ptolemæi Dionyſii fulſit temporibus.

Illuſtres uiri qui ſanctarum ſcripturarũ editioni præbuere operam.

Hermas quem beatus Paulus ad Romanos ſcribẽs cõmemorat ſcripſit lib. qui intitulatur, Paſtor auctor fuiſſet probiberet, qui apud quaſdã Græciæ eccleſias publicæ legitur. Multiq; de eo ſcriptorum ueterũ ſumpſerunt teſtimonia, ſed Latinis pœnæ ignotus eſt.

Heraclitus in Paulum edidit commentarios Seue=
ri Imperatoris temporibus.

Hilarius Pictauienſis Epiſcopus contra Arrianos
xii. deſcripſit libros. Item ad Galliarum epiſcopos li=
brum de Synodis. In pſalmis edidit commentarios Ori
genem imitatus, & ex ſuo aliqua adiiciens. Scripſit
libellum quem uiuenti Conſtantio miſit Conſtantino=
polim. Item alium in Conſtantiũ quem eo iam mortuo
condidit. Extat eiuſdem & alius aduerſus Valentem
& Vrſatium, hiſtoriam Ariminenſis, & Solenneſis
ſynodi continens. Ad pręfectum Salluſtium ſiue cõtra,
dieſtorum alium. Hymnorum & myſteriorum alium.
Cõmentarios in Matthęũ. Tractatus in Iob, quos ex
Græco Origenes ad ſenſum tranſtulit. Eſt eius et cõ
tra Auerxetium libellus elegans. Nonnullæ ad diuer
ſos Epiſt. Tradunt aliqui ſcripſiſſe eũ in Cantica Can
ticorũ, ſed hoc ſe neſcire, beatus ſcribit Hieron. Mor
tuus eſt Pictanis Valẽtiniano et Valẽte imperãtibus.

Helindius Audenti diſcipulus Sectator Symmachi
aduerſus beatæ Mariæ Virginis, uirginitatem libel=
lum, nec ſcientia, nec ſermone, nec ratione ualidũ edi
dit, trahens indcćte ad peruerſitatem ſuam ſanctarũ
teſtimonium ſcripturarum, contra quem beatus Hie=
ronymus eleganter propriorum lib. illorum errores
uehementer illuminans, ſcripſit Dachedio imperãte.

Hilarius Epiſcopus Ardatenſis uir in ſanctis ſcri
pturis doctus grandi & ſolerti cura pauperes aluit,
& in docendo gratiam habuit; multos ſplendidiſſimos
ſermones ad populum fundit. Volumen grande de fi=
de. xii. libris explicitum ſermone ſplẽdido exarauit.

Aliqua etiam non parua & erudite, animæ utilia, in quibus beati Honorati deceſſoris ſui uitam cum multorum utilitate compoſuit. Finem uitæ dedit Valenti cini & Martiani temporibus.

Heraclides uir religioſiſſimus ſanctorũ patrũ quos uiderat et quos audiuerat uel nouerat & cum quibus deſerta Aegypti Libyæ Thebaidis Syriæ & Meſopotamiæ penetrauerat, & in Occidente Romæ, & in Campania perceperat in librum unum, qui Paradiſus inſcribitur digeſſit uitas, Theodoſij primi tẽporibus.

Hermandus Beluaceñ. Frigidi montis Monachus hiſtoriã omnimodã Ammidi initio inchoãs uſq; ad tpa ſua in grãdi uolumine texuit. Scripſit ad Gualterum qui fuerat Nouitius in ordine Ciſtercieñ. & Canonicus in ordine primo Stracenſium. Epiſtolam quæ de reparatione lapſi dicitur opus utile. Compoſuit ſermones optimos Ottonis quarti temporibus florens.

Henricus Hoſtieñ. Epiſcopus ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalis ſuper lib. Decret. ſummam in gentis uoluminis omnis alias utriuſq; Iuris ſũmas cõplectẽs docentibus & Scolaſticis gratum munus exhibuit.

Hugolinus Bonoñ. Legum Doctor, in libris Iuris Ciuilis gloſas optimas fecit, quas Craſſus in ſuo apparatu adiecit. Compoſuit diſtinctiones quæ ut plurimum ab Accurſio receptæ ſunt.

Scriptores Illuſtres ex Gentibus.

Iſocras Aſclepij filius de Choo inſula uir ſcientia & modeſtia pręſtans Artaxerſis primi tẽpore apud Athenas commorans, multa & elegantia in medicinalibus cudit uolumina. De lege. De introductione.

De dogmatibus. De humana natura. De natura fœ-tus. De anotomia. De iuuamentis. De regionibus. De epidimia. De pharmacijs. De ſecretis. De pronoſticis. De ſignis uitæ & mortis, diuerſarum ægritudinum. De ſignis diuerſarum ualetudinum. De iudicijs ægritudinum ſumptis à ſignis Aſtrorum. De ſignis ſecretis diei mortis. De ſignis ſecretis ſubitę mortis. De operatione medicinæ. De conſeruatione ſanitatis. De augumēto humorum. De flobotomia. De regimine acutorū. De cura oſsiū capitis. De amphoriſmis. De ęgritud. mul. De Iſagogis. Epiſt. ad Articliniū regē.

Iſocrates philoſophus Gorgiam habuit pręceptorē & quartum atq; nonageſimum agens ætatis ſuæ animum compoſuit librum ardentis Spiritus repletum, qui ſcribitur Panathenatos. Scripſit & exhortationem librum multa utilia & placida continentem Artaxerſis ſęculi intentij tēporū. Buſiridis hunc Aegyptiorum Regis, qui hoſpites ſuos immolare ſolitus ab Hercule hoſpite intentus fuerat laudes ſcripſiſſe Serinus Grammaticus tradit.

Ioannes Getir Hiſpalenſis Aſtrologus compoſuit opus quod flores ſuos intitulauit. Item libellum qui incipit, Intellexi. Et alium qui incipit, Aſtronomicæ conſiderationis. Item alium qui incipit, Primum capitulum. Et alium qui incipit, Cinctura firmamenti. Item alium qui incipit, Forma ſpherica. Item alium qui nominatur, Secunda pars artis, & incipit, Primum eſt conſiderare. Item alium qui incipit, Tertia pars artis, & incipit, Eſt ſciendum.

Iergiro Aſtrologus, in aſtrologicis librum edidit

de ſignificatiõe Planetarũ, & incipit, Sol cũ fuerit.

Iuuenalis Aquinas poeta, ut Romanorũ carperet uitia librũ Satyricũ, qui auctoris uocabulo nominatur ſub Domitiano heroico metro cõſcripſit, miſſus in Scotiam pręfectus militũ à Troiano tædio finiuit uitam.

Ieronius Aegyptius Fenica diſpoſuit, teſte Ioſ.

Iulius Celſus Iuriſconſultus Adriani Imperatoris conſultor leges condidit, quæ ſemper per diuerſas librorum Iuris Ciuilis partes leguntur.

Iabolenus Antonini Pii conſiliarius Epiſt. libros cõpoſuit. Item ex lib. Caßii. Item ex libris Poſte. Labeonis. Item ex Plancio. Item ad Plantium lib. edidit.

Iunius Cordus Troiani Antonini Pii Marci Maximinorum Gordianorum Maximini Pupieni et Albini uitas poſteris patefecit.

Iulius Atenianus Victoriadem, quam cum poſthumio apud Gallos exercuerat Galleni Imperatoris tempore ſcriptioni mandauit.

Iulius Capitolinus Antonini Pii Monchi Gallienorum duorum, & Tyrannorum. xxx. ſub Gallieni Imperio aſſurgentium pertinacis Imperatoris Clodii Albini Tyrannorum duorum Maximinorum Gordianorum trium. Maximi Pupieni & Albiani Valerianorum duorum Romanorũ principum geſta narrauit Constantini magni temporibus fulgens.

Iulius Calphurnius Chari Imperatoris uitam & geſta poſteris tradidit.

Iulius Marachus Libertus uitã ſcripſit Auguſti.

Iulius Modeſtus quæstionum confuſarum libros compoſuit. Item Feriarum.

Iulius Celſus, Iulius Syllanus, Bella Gallica per Cæſarem geſta ſuis traductionibus illuſtrarunt.

Iperides Græcus Orator elegans eloquii ſui iudices, multas tradidiſſe dicitur orationes.

Iſiodorus Græcorum & Perſarum ſcribitur tradidiſſe res geſtas.

Iulius Feſtus de Verborum ſignificationibus lib. compoſuiſſe traditum eſt.

Iulianus Iuriſconſultus digeſtorum compoſuit libros. Item libros ex Caſsio. Item libros ad Minutium. Item ad edictum prætoris. Item ad Vrſum ferocem. Item ad Sabinum. Item ad legem Iuliam & Papiam. Sub Adriano uiruit principe eiuſq; particeps cõſilii.

Iulianus Imperator cognominatus Apoſtata. In partica expeditione ſeptem aduerſus Chriſtianã religionem edidit libros. Librum etiã ad Cymſium conſcripſit, ut in tripartita ſcribitur, ſed et lib. edidit de Cęſaribus. In quo imperitus omnia lacerauit cõuiciis.

Iulius Atticus libros de Agricultura conſcripſit.

Illiſcus Taſius grandi amore captus. Illum etiã in deſertis coluit, deq; eius cultu, atq; natura ſcripto pto tradidit, teſte Plinio.

Iero Siculus libros compoſuit de Agricultura, ut Varro refert.

Eccleſiaſtici Scriptores Illuſtres.

Iacobus Apoſtolus frater Domini cognomento Iuſtus unam totam ſcripſit Epiſtolam. Quæ de ſeptem Catholicis eſt. Quam tamen ab alio ſub eius nomine editam à nonnullis creditum fuit, ſed proceſſu temporis auctoritatem aſſumpſit, Hic poſt paſsionem Domi=

ni ab Apoſtolis Hieroſolymorũ ordinatus Epiſcopus xxx. annis rexit eccleſiã. Sed cum imperãte Nerone in Chriſtianos perſecutio deſeuiret et in Chriſtũ Dei filium cum urgeretur negare renueret de pœniculo tẽpli præcipitatus, et Falonis fuſte ꝑcuſſus in cerebro interijt, et iuxta tẽplũ, unde pręceps eiectus fuerat ſepultus eſt. Ex noſtris pleriq; in monte Oliueti ſepultum tradunt, quorũ opinionẽ beatus Hiero. improbat.

Iudas Apoſtolus unus de ſeptem quę Catholicę dicuntur reliquit Epiſtolam. Sed quia de libro Enoch, qui Apocriphus eſt, aſſumpſit teſtimonium Apoſtoliſq; repudiat, uſu tamen & Aucto. Inter ſanctas meruit computari ſcripturas, teſte Hieronymo.

Ioannes Zebedei Chriſti apoſtolus poſtremus, omnia aduerſus Cerincũ alioſq; hæreticos & præcipue Ammonitarũ dogma, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis ſcripſit Euangeliũ. Epiſtolam unam edidit cuius eſt exordium, quod fuit ab initio, & quę à cunctis eccleſijs et uiris eruditiſſimis approbatur. Reliquæ duæ alteri Ioanni preſbytero aſcribuntur. Sub Domitiani perſecutione, Iupatinos inſula. Relegatus ſcripſit Apocalypſim, quam Iuſtinus martyr, et Ireneus Lugdunẽ. Epiſcopus interpetrati ſunt. Domitiano itaq; uita aſſumpta geſtiſq; eius ob impietatẽ reſtitutus reuocatus de exilio uenit Epheſum, fundatiſq; Aſię totius Eccleſijs confectis ſenio uiuendi finem fecit anno poſt paſſionem Domini. lxviii.

Iuſtinus Tybiadis ꝑ mare Galilęę Iudaicarũ rerũ hiſt. conatus texere, cõmẽ. aliquos edidit, quẽ Ioſ. mẽdacij arguit. Scripſit eo tpe quo et Ioſ. ut tradit Hier.

Iuſtinus alter Bachiades, Priſci filius, ex urbe Neo poli Palæſtine fideliſſimus phię noſtrę ſectator cōtra Paganos uolumen inſigne protulit. In quo etiā de dęmonū natura tractatur. Scripſit & aliud Chriſtianæ fidei defenſionē continēs, quem M. Antonino uiro et fratri direxit. Antonino Pio et filijs atq; Senatu Apologeticum pro religione Chriſtiana conſcripſit. Item de monarchia Dei. Dialogum contra Iudæos & Triphonem eorum principē doctorem illuſtrem. Item contra Martionem hæreticum inſigna duo cudit uolumina. Itē contra eos hęreſes. Extat eiuſdē et aliud quod dicitur confutatio. Itē aliud quod intitulatur Pſaltis. Itē de anima ī quo diuerſas quęſtiones inſeruit. Hic à Creſcēte quodā Chriſtiani noīs Pſalphenio delatus ꝙ chriſtianę fidei eſſet ſectator martyrij palmā adeptus eſt. Hunc putant aliqui Trogi fuiſſe abreuiatorem.

Ignatius Anthiocene Eccleſiæ. iii. poſt beatū Petrum Epiſcopus ſub Traiani perſecutione dānatus ad beſtias cum uinctus mitteretur. Romam et Apulſis Seuerinam ubi Policampus beati Ioannis auditor erat Epiſcopus. iiii. ſcripſit Epiſt. Ad Ephe. unā. Ad Magneſios aliā. Tertiā ad Traílenſes. Ad Rom. quartā. Inde diſcedens ſcripſit ad Philadelphos, & ad Seuerinenſes & præcipue ad Policampum, ubi de reſurrectione Domini eligans perhibet teſtimonium. Anno xi. Imperij Traiani martyrium paſſus.

Ireneus Policarpi Seuerinei Epiſcopi auditor, deinde Lugdun̄. Epiſcopus Eleuthen̄. Romani Pontificis, et Antonini Pii ueri et Comodi fulſit tēporibus. Scripſit autē libellū ad Blaſium de ſciſmate. Itē alium

ad Florinum de Monarchia, & ꝙ Deus non ſit malorum creator. Scripſit & libellum de Ogdoade. Item aduerſum gentes uolumen egregium breue, & de diſciplina ad Marchianum fratrem de Apoſtolica prędicatione. Item librum uariorum tractatuum. Item aduerſus hæreſes lib. v. Dialogos etiã ſcripſiſſe dicitur. Feruntur et alię ad Victorẽ Romanę urbis Pontificẽ ſup̱ quęſtione Paſce die dñico celebrãdo plures epiſt.

Iulius Africanus quinq; de tẽporibus ſcripſit uolumina diligenter & ſtudioſe compoſita. Epiſtolam ad Origenem de Suſannę hiſtoria ꝙ ficta ſit, eo ꝙ in Hebręis nõ reperiatur codicibus. Cui Origenes elegãtiſſime reſpõdens ait, Nequaꝗ̃ Iudęorũ adhærendũ fraudibus, ſed ſolum quod. lxx. interpetres ſcribunt pro ueritate tenendum, ſub Antonino Eliogabalo fulſit.

Ipolytus ſanctæ Eccleſię Epiſcopus librum de Paſcha compoſuit. Item in exameron. Item contra Martionem. Item in Cantica Canticorum. In Geneſim. In Zachariam. In libros pſalmorum. In Eſaiã. In Danielẽ. In Apocalypſi. In Prouerbia. In Eccleſiaſticẽ. De Saule, & Phitoniſſa. De Antechriſto. De Reſurrectione. De laude Domini Saluatoris, & proſa homelion. Alexandri Imperatoris tempore clarus.

Iudas unus de. lxx. apud Danielem hebdomadibus pleniſſime diſputauit, & ſuperiorum temporum uſq; ad decimum Seueri produxit animum, in quo erroris arguitur, ꝙ aduentu Antechriſti circa ſua tempora futurum eſſe dixit, ſed hoc ideo quia magnitudo perſecutionem præſentem mundi minabatur occaſum, ut beatus ſcribit Hieronymus.

Ioſephus

Ioſephus Matathiæ filius Sacerdos ex Hieroſoly=mis Illuſtris Hebræorum hiſtoriographus, non ſolum apud Iudæos nobiliſsimus eſt habitus, uerum apud Romanos adeo, ut ob ingenij gloriam, & literarum merita Romæ donaretur ſtatua & libri eius bibliotecæ publicæ traderentur, Scripſit itaq; antiquitatis Iudaicæ lib. xx. à mundi principio ſumens exordiũ, et uſq; ad Domitiani Imperatoris annum. xiiii. decurrens tẽpora. In quorum. xviii. de Chriſto Domino noſtro ſcribens ſic ait, Fuit autem ijſdem temporibus IESVS ſapiens uir. Si tamen uirum eum nominare Phas eſt. Erat enim mirabilium operum effector doctorq; hominum eorum, qui libenter quę uera ſunt audiunt, et multos Iudæorum, multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit Chriſtus, hic erat multorum amicus primorum noſtrę gentis uirorum, quẽ cũ Pilatus in Cruce agendũ de=creuiſſet non deſeruerunt, hij qui ab initio eum dilexerant, apparuit enim eis tertia die. Iterum uiuus ſecundum q; diuinitus inſpirati Prophetæ uel hæc, uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerat, ſed in hodiernum Chriſtianorũ qui ab ipſo nuncupati ſunt & nomen perſeuerat, & genus. Belli quoq; Iudaici, quod cum Romanis geſtum eſt ſeptem, ſcripſit uolu=mina, quæ non ſolum Græca facundia, ſed & ſermone patrio Cymbis ſuis ſe tradidiſſe teſtatur, hæc eadem Romam ueniens Veſpeſiano imperatori, et Tito eius filio obtulit, ſed & duo eiuſdem de Iudæorũ uetuſtate aduerſus Appionem Grammaticum Alexandrinum extant uolumina, qui Iudæorum mores & inſtituta ſuis ſcripturis laceraucrat. Habetur & uiri huius

alius liber elegans. Quid animus ſit, et quid Imperiũ in nobis teneat continens, quem nonnulli Machabæorum nuncupant, q̃ Machabæorum certamina martyriaq́ digeſta contineat. Alia etiam opuſcula ipſe idẽ à ſe eſſe dicit conſcripta. Propoſuiſſe aſſerit ſe ſecundum fidem & patriã religionẽ de Deo, & ſubſtantia eius, & legibus. Et cur quædam apud eos liceant, & quædam non, quatuor uoluminibus comprehenſum.

Iacobus Nizibene nobilis Perſarum uerbis Epiſcopus cognominẽ dictus, ſapiens, uerus & minor Confeſſorum, qui ſub Maximiano perſecutus fuit, & in Nicena ſynodo Arrianum peſtiferum Dogma docuit, ideo à beato Hieronymo omiſſus fuit, qui primo tempore Syræ linguæ, in qua ſcripſerat conuitium non habebat. Scripſit autem hic beatus Antiſtes de fide contra omnes hæreſes. De charitate generali. De ieiunio. De oratione. De dilectione erga proximũ ſpecialia. De reſurrectione. De uita poſt mortem. De humilitate. De patiẽtia. De ſatisfactione. De uirginitate. De cenſu animæ. De Circunciſione. De acino benedic, pro quo in Eſaia legitur non exterminabitur botrus. De Chriſto q̃ filius Dei ſit, et cõſubſtantiabilis pateri. De caſtitate aduerſus gẽtes. De cõſtructione tabernaculi. De gentiũ cõuerſione. De regno Perſarũ. De perſecutione Chriſt. Conſtãtij tp̃e moritur.

Iuuẽtus preſbyter Hiſpanus gñis nobiliſſimi. iiii. Euangelia heroico metro. Quatuor libris penè aduerbum tranſtulit, ſub Conſtantino principe florens.

Ioannes Chryſoſtomus Anthiocene Eccleſiæ preſbyter, deinde Conſtantinopolis epiſcopus uir in diui=

na et humana philoſophia præcipuus, in diſputationibus perſpicax. In confutandis hęreticorum erroribus acer, de quo beatus Hiero. *li. de* Vir. *Illuſ. loquẽs ait,* Ioãnes Anthiocenę *eccleſię preſbyter* Euſebij *meſeni* Diodoriq; *ſectator multa, cõpoſuiſſe dicitur, quæ tm̃ legi.* Et *alibi ad beatũ* Aug. *ſcribens.* Quid *dicam de* Ioãne *qui dudum in põtificali gradu* Conſtantinopolitanã *rexit* Eccleſiam, & *ſuper* Epiſt. *ad* Galathas *latiſſimum exarauit librum.* Scripſit *hic* Venerandus Dei Antiſtes *ſuper toto ueteri & nouo* Teſtamento *expoſitionum libos. xc.* Cõmentarios *in* Matth. *diſtinctos per homelias. xc.* Super Ioã. *homelias. lxxxviij.* Super Epiſt. *libros ſingulos per ſermones diſtinctos.* In Epiſt. *ad* Heb. *xxxiiii. cõdidit homelias.* Super Geneſim *lib. quæſt.* De *laudibus* Pauli Apoſtoli *hom. vii.* Contra Arrianorũ *hęreſim fortiſſimos libros.* Contra Symoniaces. Contra Martionem Cerinchũ Ebionem Archemonem *atq;* Fontinum *qui eorum ſuſcitauit hæreſim.* Contra Apollinarem *lib. i.* Contra Manichæos *inſigne uolumen.* Contra *omnes hæreticos ſuper* Parabola *ſeminis, longum opus & elegans.* Tractatum *unum in* Thomam Apoſtolum *in quo aduerſus* Arrianos *fortiſſime diſputat.* Super Cantica Cantic. *lib. ii.* Item *uitam ſancti* Meletij Epiſcopi Anthioceni. De *ueſtibus legalibus* Sacerdotum & Leuitarum. Et *de ornatu ſummi* Pontificis *ueteris teſtamenti uolumen egregium.* De *humilitate in lotione pedum tractatum unum.* Contra *eos qui ad miſſas non currũt tractatum unum.* De *uirginitate.* De *pœnitẽtia.* De *fide.* De *patiẽtia.* De *cõfeſſione.* De *elemoſyna tractatus plures*

Homelias & ſermones per totam quadrageſimā. Sermonem declamatorium in decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ. Item in laudem beatæ Virginis mira ſuauitate fragrantes. Aduerſus Arabes de Reſurrectione Mortuorum lib. ii. qui dicebāt, Animas mori cum corpore. Item contra Iudæos lib. i. Item aduerſum gentes in modum Dialogi grande & inſigne uolumen. De ordine & officio Sacerdotis lib. i. Hymnos & orationes, & alia plura metra edidit apud Græcos, & q̄q̄ Latino fulſerit eloquio, plurimum tamen ſcripſit in Græco. Theodoſij primi temporibus.

Iulius Papa ad Dionyſium quendam de Incarnatione Domini ſcripſit Epiſt. quæ tunc utilis uiſa fuit, ſed poſtea pernitioſam fore probatum eſt, utputo Eutitianæ, & Thimotianæ impietati præſtans fomentum.

Iſaac librum diſputationis obſcuriſsime & inuoluti ſermonis. De ſanctæ Trinitatis una ſubſtantia. Et de incarnatione Domini compoſuiſſe traditur.

Ioannes Epiſcopus Hieroſolymorum aduerſus obtrectatores ſtudij ſui inſigne cōpoſuit uolumen oſtendens Origenis ſe ingenium ſecutum eſſe non fidem.

Innocentius Romanus Pontifex huius nominis primus Orientalium, et Occidentalium Eccleſiarum aduerſus Pelagianos ſcripſit Decretum, quod ſucceſſor eius Coſrinus ampliauit.

Iulianus Epiſcopus gente Campanus uir acer ingenio & in ſcripturis eruditus diuinis, Græca & Latina lingua diſertus inter doctores Eccleſiæ fuit clarus anteq̄ Pelagianæ peruerſitatis uirus euomeret, ſed poſtmodū tali tabe reſperſus illam defendens per=

ſidiam aduerſum Auguſtinum impietatis Pelagiæ op pugnatorem quatuor, deinde octo compoſuit libros. Extare etiam liber alterationum ambarum partium dicitur. Hic facultatibus ſuis indigentibus erogatis, multos religioſorum ſuæ perfidiæ ſociauit. Moritur Valentiniano ſub principe.

Iſaac Anthiocenæ Eccleſiæ preſbyter aduerſum Neſtorianos & Eutitianos, multa ſcripſiſſe dicitur. Anthiocenæ urbis ſuæ excidium Elegiaco metro deploraſſe narratur Leonis primi temporibus.

Ioannes Anthiocenus ex Grammatico & declamatore factus preſbyter libros compoſuit aduerſus eos, qui dicunt Chriſtum in unam tantum ſubſtantiam adorandum nec acquieſcunt duas in Chriſto confitendas eſſe naturas, impugnat etiam nonnullas Cyrilli Alexandrini epiſcopi ſententias incaute aduerſus Neſtorium prolatas, quæ Timochianis uidentur præſtare robur & adhibere fomenta.

Ieronymus Euſebij gente Panon, ſub Gratiano & Theodoſio radians et in ſcondegens propoſito in tranſlatione & expoſitione diuinarum ſcripturarum uacauit annis .l. M. v. nouum teſtamentum Græcæ fidei reddidit, & uetus iuxta ueritatem Hebraicam tranſtulit. Omnis .xvi. Prophetas expoſuit. Quorundam Græcorum doctorum opuſculum in linguam Latinam tranſtulit. Scripſit autem opuſcula ad diuerſos circiter .cxlvi. Tractatus. v. Epiſtolas breues .lxx. Sermones. x. Item libros Hebraicarum queſtionū. Item Hebræorum nominum. Libellum de locis Terræ Sanctæ conditum ab Euſebio in Latinū uertit ex Græco. Su-

per lib. pſalmorum, qui ſunt. cl. tractatum edidit. Librum de optimo genere interpretandi cōpoſuit ad Pamachium. De Viris Illuſtribus. Item contra Iouinianum lib. ii. Ad Nerotianum. ii. Super Euangelio Marci lib. iiii. Vitam Pauli primi Eremitæ. Librum Cronicum omnimodæ hiſtoriæ. De Seraphin. De oſanna. De frugi & luxurioſo filijs. Hom. Origenis. xxviii. in Hieremia, & Ezechiele, ex Græco in Latinū conuertit. Item de tribus quæſtionibus legis ueteris. Homelias in Cantica Canticorum. ii. Cōmentariorum in Epiſtolas Pauli ad Galathas lib. iii. In Epiſt. ad Epheſios lib. iii. In Geneſi lib. i. In Epiſtolas ad Titū lib. v. In Epiſtolas ad Philomonē lib. v. Didymi lib. de Spiritu ſancto ex Græco in Latinum uertit eloquiū. In Lucam homelias Origenis. xxxix. In pſalmos à. x. uſq; ad. xlii. tractatus. iiii. Captiuum Monachum. Contra Raphinum Aquileieñ. preſbyterum inuectiuas plurimas. Ad beatum Auguſtinum Epiſtolas plures. Item librum Procemiorū. Defunctus eſt annum agens ætatis. xci. apud Bethleem in manaſterio ſuo quod ibi conſtruxerat. Sepultus eſt Romæ in Baſilica ſanctæ Mariæ in pauimento non longe à maiori altari.

Iuſtianus Imperator aduerſus Arrianos longum & inſigne uolumen ſcripſiſſe dicitur. Item contra Acephalos lib. iiii. Item ad Zoilum Epiſcopum de fide Catholica elegantem librum.

Iſidorus gente Hiſpanus Hiſpaleñ. Epiſcopus Heraclij Imperatoris temporibus clarens ſcripſit Soliloquiorum uel Synonimarū lib. ii. Sententiarū lib. iii. De origine officiorum lib. ii. Ad Florentianam ſoro=

rem ſuam contra Iudæos lib.ii. Ad Horoſium Epiſcopum de ſignificatione ueteris et noui teſtamẽti lib.ii. Allegoriarum in Geneſim lib.i. In Exod.lib.i. In Leuit.lib.v. In lib.Numeri lib.i. In Deuteronomi lib.i. In Ioſue lib.unum. In lib. Iudicum lib.i. In libris Regum lib.i. De corpore et ſanguine Domini tractatum unum, & alia plura. Item librum differentiarũ. Item Ethimologiarum. Item grande uolumen Epiſtolarum Decretalium Romanorum pontificum Canoneſq; conciliorum per ſucceſsionem temporum diuerſis in locis per orbem à Catholicis Epiſcopis celebrata. Ex quo conſtat Ioãnis præpoſiti Beluaceñ. & Gratiam Decreta, ut plurimum fuiſſe decerpta. Item de uita & obitu Sanctorum, qui in Domino præceſſerũt. Item de natura rerum. Item librum Artium. Item librum differentiarum. Item librum de Summo Bono.

Ioannes preſbyter Damaſcenus, compoſuit librum Orthodoxæ fidei traditionem certam continentem in quatuor lib. digeſtum, quem Burgredia Piſanus Cauſidicus Eugenio Papæ huius nominis Tertio ex Græco tranſtulit in Latinum.

Iuo ſcĩ Quintini impoſitus Beluaceñ. deinde Carnoceñ. epiſcopus, inter alia laudabilia Decreta apoſtolica abreuiãdo cõpilauit, et in ordinẽ poſuit quæ Iſid. Hiſpaleñ. prius in magnũ uolumẽ redegerat. Ex quibus Gratianus Monachus lib. Decr. qui frequentatur ubiq; compilauit. Henrici.iiii. temporibus claruit.

Ioannes Baſsianus Cremonenſis patria, Legum doctor uir elegantis ingenij, ſed perditæ uitæ. Ludo enim & comeſſationibus deditus nonnunquã pannis

exutus nudus remanebat in alea. Scripſit tamē ſuper toto corpore Iuris ciuilis optimas gloſas, quas Accurſius in ſuo poſuit apparatu, cuius opiniones cæteris præſtant. Audiui Oldradum de laude præceptorem meum dicentem, Quod quotieſcunq; Ioannem & diſcipulum illius Azonem diſsidentes cōperiebat quod rare fit ſemper Ioannis opinionem amplectebatur reparationibus & argumentis ualidioribus legibuſq; fulcitam. Summamq; Azonis inſcribitur pro maiori parte compoſuiſſe à nōnullis creditum eſt. Actionum arborem opus elegans & ſubtile compoſuit.

Ioannes Theotonicus Decretorum lib. gloſis optimis decorauit, quibus totus orbis ubi fides uiget Catholica utitur in iudicijs, & in ſcolis.

Ioannes Andreæ Bonon. Decretorum Doctor inſignis ſuper lib. vi. Decretalium Bonifacij Papæ. viij. gloſas bonas, & utiles, & textum bene exponentes edidit. Summulam bonam ſuper eo libro Decretalium plurimarum quæ habentur Scolaſticis tradidit.

Linus poeta uetuſtiſsimus carmina de Dijs compoſuit, unde & Theologus poeta dictus eſt Gedeonis, & Debore temporibus Illuſtris.

Linus Andronicus poeta, qui primus omniū Romę fabulas docuit, ut ſcribit Valerius, ſcripſit Odiſſeam. Polymetra, Adonem, Iunonem, Proteſilaū, Serenum, Laudomiā, Verotopeginon, Laudimi, ut Priſc. docet, Claudio Cēto. Apii cœti filio, et Tuditano cōſulibus.

Licinius Macer Annaliū ſcripſit. L. Itē orationē pro Tuſcis. Hiſtoriam etiam Romanam texuit in cuius lib. i. aſſerit, Acheā Laurentiani uxorem Fauſtuli

Romuli & Remi fuiſſe nutricē, quæ Faſtulo defun=
cto regnante Romulo cuidam Tuſco diuiti nupſit Co=
rutio nomine cuius hęreditatem, nam illi ſucceſſerat
induēs Romulo quem educauerat dereliquit, ob quæ
parētalia diemq; feſtū pietatis cauſa ſtatutum ferūt.

Licinius Portius poeta Comicus ſecundi belli Pu=
nici tēpore Romę poeticam cœpit, ut tradit Seruius.

Liſimacus, teſte Ioſepho, Aegyptiacam ſcripſit hi
ſtoriam. Et libros Ruſticarum rerum dedit.

Lucius Cynthius Alimentius Romanas ſcripſit
hiſtorias, ut Liuius refert.

Lucretius poeta Comicus ſub Ptolemæo Alexan=
drino natus multa poemata edidit, et poſt furore con=
citus amatorio, ſe interfecit.

Laberius poeta. Extare dicuntur ex ſcriptis hu=
ius libri, qui à uermis inſcribitur. Item Cancer. Item
Mimus. Hic primum Mimus fuit, ſed Iulius Cęſar eū
equeſtri ordini reddidit, poſt cuius cedem. x. decur=
ſis menſibus puteolis moritur.

Lucius Aneus Florus pater Lucani Romanorum
geſta & bella ſub compendio tradidit. Et Lucani filii
ſui bona præcedentis Auerrone promeruit.

Lucanus poeta Cordubenſis Ciuile bellum inter
Pompeium & Cæſarem geſtum Heroico & alteriſo
no metro deſcripſit. Librum etiā quem Cathalectoim
dixit, in laudē Piſonis metro Homerico exarauit. Sub
Nerone occiditur in cōiuratione Piſoniana depūſum.

Lucius Craſſus Orator Illuſtris inſuaſione legis
ſeruile orationem compoſuit Luculentam.

Latro Hiſpanus Orator inſignis, ut ait Seneca,

multas elegantes edidit declamationes.

Latinus Libertinus *homo primus* Romæ R*hetoricam docuit, ut uult* S*eneca.*

Labienus *declamator libros in* R*hetorica ſcripſit, quos inimici eius in eius contẽptum incendio conſumpſerunt, ille hanc non ſufferens contumeliam in maiorum ſuorum monumentis ſe fecit includi ſicq; uiuendi finem impoſuit.*

Lolius Vrbicus *hiſtoriographus* Diadumeni Imperatoris Macrinij *filij deſcripſit uitam & geſta.*

Labeo Iuriſconſultus *ad edictum prætoris libros compoſuit.* Item *de* Iuris *ſacrificiorũ uel* Pontificum. Item *libros poſteriorum* Epithomatum.

Lucius Voluſius Iuriſcõſultus M. Antonini *præceptor cum* Sceuola, *multas condidit leges, quæ per corpus* Iuris Ciuilis *ſparſe legentibus ſe offerunt.*

Lutinius Ruphinus Iuriſcõſ. *lib. edidit regularũ.*

Lutius Anathianus Iuriſc. *ad edictũ lib. cõpoſuit.*

Libanius Sophiſta Lamentationũ *lib. quem* Iulianum *denominauit adulationis plenum* Iuliano Augu. *conſcripſit laudes illius continentem, in quo etiam ut* R*hetor calidus* Chriſtianam *lacerauit religionem.*

Lucas *gente* Syrus *arte* Medicus, *patria* Anthiocen. *beati* Pauli Apoſtoli *ſectator, & omnis eius peregrinationis* Comes, *prout ab ipſo* Paulo *didicerat, & ab* Apoſtolis *audierat ſcripſit* Euãgeliũ. Actuum *etiam* Apoſtolorum *uolumen, ſicut ipſe uiderat, uſq; ad.* iiii. Imp. Neronis *annũ texens hiſtoriã in urbe cõpoſuit.* Huius *oſſa cũ* Andreę *reliquijs anno.* xx. Imp. Cõſtãtini *primi apud* Cõſtãtinopolim *trãſlata ſunt.*

Lucanus Anthiocene eccleſiæ preſbyter uir fuiſſe traditur diſertiſſimus. Ferũtur eius de fide libelli, & breues ad nõnullos epiſ. Paſſus eſt Nicomedię ob Chriſti cõfeſſionẽ, et in Eliopoli ſepultus ſub Maximini pſecutione Anthero Romæ pont. gubernãte. Beda Luc. hũc ſub alio Maximi. q cũ Cõſtãtio imp. paſſũ ſcribit.

Lucifer Calaricanus Epiſ. A limbio Papa ad Cõſtãtinũ Imp. cum nolet Niceni concilij dãnare fidẽ, in exilium actus in Palęſtinã, contra eundẽ Conſtantiũ ſcripſit lib. quẽ ad eundẽ miſit, et paulopoſt ſub Iul. reuerſus Calaris Valentiniano imp. fati munus impleuit.

Lutius poſt Athanaſium Alex. Epiſcopus Arrianę partis epiſcopatũ tenuit uſq; ad primũ Theodoſiũ à quo pulſus fuit. Edidit autẽ ſolẽnes de Paſcha Epiſtolas, & paucos uariorum libellos.

Lutianus alter preſbyter uir ſanctus cui. vii. Honorij Imperatoris Anno à Deo reuelatus eſt locus reliquiarũ beati Stephani prothom̃. reuelationẽ hanc ſcripſit ad oẽs eccleſias Gręco ſermone Honorio imp.

Lactantius qui & Firmianus Arnobij diſcipulus ſub Dioclitiano principe Actit. Nicomedię cum Fabio Grammatico Rhetoricam docuit, ſed auditorum inopia ad ſcribendum ſe contulit. Scripſit autem Sympoſium exametris uerſibus. Item librum qui Grammaticus inſcribitur. Item de Ira Dei. Contra Gentiles diuinarum inſtitutionẽ lib. vii. Ad Aſclepiadem lib. vii. De perſecutione lib. i. Ad Probum Epiſtolarũ lib. ii. Item ad eundem de opificio Dei, & formatione hominis lib. unum. De falſa Sapientia lib. iii. Ad Seuerum Epiſtolarum lib. ii. Conſtantij Gallorij Ma=

xontii Licinii Romanorum principum fulſit tempo=ribus uſq; ad Conſtantini attingens Imperium, cuius filius Criſpi præceptor extitit in ſenectute extrema.

Leo Pontifex Romanus gente Tuſcus huius nominis primus ad Flamanum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, aduerſus Euticem elegantem ſcripſit epiſtolam. Extant eiuſdem & alię plurimę, quas pro confirmatione Calcedonenſis concilii ad Martianum Catholicum principem alioſq; direxit. Homelias declamatorias multas compoſuit. Decretales Epiſtolas .lxx. Sermones ad populũ .xc. unde ſermologus dictus eſt. Mortuus eſt ſub Leonis prioris Imperio.

Latrocinianus Hiſpanus uir eruditus & in metricis, ut fertur, ueteribus comparandus. Opuſcula diuerſis metris edita ſcripſiſſe traditur, quæ extare dicuntur. Sub Maximo Tyranno qui imperante primo Theodoſio Gallicis occupauerat factiones quorundam cum præſiliano Cæſus eſt triberis.

Leporius Monachus, deinde preſbyter Pelagianũ dogma ſequi inchoans Cudallicanis admonitur doctoribus & in Africa à beato Auguſtino correctoribus emendationis ſuę librum condidit, in quo de erroris ſui culpa ſatiſfacit et correctoribus ſuis gratias agit. Et de Incarnatione Domini male ſentit, emendatus Catholicã ſententiã tulit Theodoſii Iunioris tẽpore.

Laurentius Decretorum Doctor.

Maneton Aegyptius uoce eladica paternæ religionis ſcripſit hiſtoriam ex ſacris, ut ait Ioſephus interpretatus libris frequenter Herodotum in Aegyptiacis ignorantiæ cœcitate mentitum.

Megaſtanes hiſtoricus iudaicas deſcripſit hiſto.

Mochus hiſtoricus Probenica diſpoſuit.

Menander hiſtoricus Epheſius ex Probenica lingua Tyriorum antiquitates in uocem conuertit Eladicam & Græcam ſingulorũ Regum acutus apud Græcos conſcribens & Barbaros. Edidit & libellum qui intitulatur Dardanus. Scripſit Tragœdias Sinephebos & Andriam, Ptolemæi Lagi temporibus.

Marcus Portius Cato Tuſculanus patria, multa ſcripta elegantia de religione. De agna paſcẽda. Ne quis iterum conſul fiat. De Ptolemæo Iuniore. De Macedonia liberanda. In Therinum. De Lucio Veturio. De ambitu. De Luſibus puerorum. De originibus. De Re Militari. Contra Veterinum. De numiſmate. De ueſtibus & uehiculis. In Marcum, exilium. Rerum Ruſticarum. Orationem ad Milites contra Galban. Orationem de Acheis. Orationem quam dixit Numantiæ. Orationẽ de præda Militibus diuidenda. Orationem de ædilibus uitio creatis. Orationẽ pro Lucio Turio contra Gelium. Item contra Piſonem. Item in legis Mœniæ ſuaſione. Georgica. De accentibus. De moribus clari Dei Neronis. De ſacrificio commiſſo. Aduerſus Tyberium Semproum. Orationẽ qua ſuaſit ſenatui, ut plura ora equeſtra fierent. Epiſtolã ut prædia in plubincum defererentur. Item Epiſtolam ad filium. Item de liberis educandis.

Marcus Varro uir omnino acutiſſimus et abſq; dubitatione doctiſſimus, ut in Achademicis, ait Cicero, Iulii Cæſaris iuſſu bibliotecas librorum Græcas et Latinas recuperauit. Scripſit autem. xli. libros antiqui=

tatum à diluuio Ogigij ſumens exordium. Item libros diuinarum et humanarũ rerum. Horeſtem. Item libr. Sacrorum Mempearum uel Tyrãnorum. Item de poetis. Heconomicorum. De philoſophia. De cultu Deorum. Pſeudodoneam. De ortographia Laceranenſe. De origine linguæ Latinæ. De actionibus Scenicis. Audabetam. Ephimeridem. De uita Populi Romani. De magno talento. Fundamentum Cinicum. Ad Ciceronem. Libros Augurum. De moribus. Item librũ cuius titulus eſt, Gallus de ammirandis. De gradibus. De familijs Troianis. Legiſtoricum. Ad Athenienſem auditorem ſuum. De Viris Illuſtribus. Satyrorũ. De lingua Latina Rerum Ruſticarum, Anno ætatis ſuæ. lxxx. ad Fundanium Socerum ſuum. Annum agens. xc. moritur ſub Auguſto.

Marius Maximus Traiani Marci ueri Antonini pertinacis Seueri Getæ Adriani Heliogabali Comodi Imperatorum Peſtonij Nigri, & Elodij Albini Tyrannorum uitas & geſta deſcripſit.

Meonius Aſtianiax Galleni Imp. tpa ſcri. et geſta.

Marcus Bullus Iulii Cæſ. geſta deſcripſit et tpa.

Marcus Salindienus Saturnini Tyrãni geſta, quæ ſub Aureliano exercuit ſcripturæ tradidit.

Marcus Antonius uitã, geſta, et tpa ſcripſit Aug.

Marcus Staurus libros de uita ſua compoſuit.

Maſſurius Sabinus uel Albinus Equeſtris ordinis uir Cerimonias Flamminis Dialis ſcripſit Tyberij principis tpe. Librum Faſt. edidit. Item mirabilium.

Modeſtinus Iuriſconſultus libros compoſuit regularium. Reſponſorum Pandectarum. Sententiarũ de

pœnis. Differentiarum. Item librum ſingularem de Enucleatis caſibus. Item librum ſingularem de inofficioſo teſtamento. Librum ſingularem. Item librum ſingularem de præſcript. Item ad legem Iuliã & Papiã.

Marcellinus Iuriſconſultus libros edidit digeſtorum. Item regularum.

Macer Iuriſconſ. cõpoſuit lib. de officio præſidis.

Marcellus Iuriſconſultus ſingularum condidit libros. Item digeſtorum. Item publicorum. Item de officio præſidis. Item regularum. Item librum ſingularẽ reſponſorium. Item librum ſingularem ad formam hipotecariæ. Antonini Pii tempore.

Martianus Iuriſcõſ. Papę auditor lib. cõpoſuit inſtitutionum. Regularum de pub. iudi. De officio præſidis. De apoſtulationibus. De pœnis. Ad legem Viceſimam hęreditatum. Membranarum. Fideicõmiſſorũ. Librum ſingularem ad formulam hipotecariam. Aurelii Alexandrini Imperatoris ſocius et conſultor.

Muſeus poeta Veretinus auditor. Fabulas de diis libris ſuis explicuit primum carmen, quod Cratera appellauit ad Orpheum præceptorem ſuum ſcripſit.

Menippus Seruus fuit, ſed poſtmodum poeta inſignis. Hic fabulas edidit de ſuo nomine Menipeas, cuius opera Marcus Varro immutatus fabulas tradidit quas & ipſe Menipeas nuncupauit.

Mago Afer Georgicorum libros compoſuit Phenica lingua numero. xxix. Quos Caſſius Dionyſius Vticenſis in Græca lingua ad. xx. redegit & ſextilio prætori miſit. Hos ipſos utiliter ad ſex reduxit Diophanes ĩ Bitinia et Deiotaro regi tradidit, Var. teſte.

Muminius poſt Næuium diu iacentem artem Attelanna ſuſcitauit, ubi ſic ait, Noſtri maiores uelut bene multa inſtituere hoc optime à frigore fecere ſummo, dies ſeptem Saturnalia.

Martianus Fœlix Capella Carthaginenſis librum partim metro, partim ſoluta oratione contexuit quẽ de nuptiis Mercurii & Philologiæ intitulauit.

Martialis Cocus opus Morale metro cõpoſuit, cui nomen ſuũ impoſuit. Itẽ aliũ quẽ Epigrãmaton dixit.

Meſalla Coruus declamator Illuſtris de Diis libros compoſuit, & ante biennium mortis ſuæ memoriam ſic omiſit, ut uix uerba pauca coniungeret imperante Tybione uitæ finem impoſuit.

Magnus Orator Carthaginenſis Agriculturę doctrinam. xxviii. tradidit uoluminibus.

Marcellinus rerum geſtarum libros compoſuit.

Metellus Nuntidicus orationem compoſuit, quã B, Manlio trib. pleb. fundit,

Macer Veronenſis librum de Viribus Herbarum poſteris ſuis tradidit. Trium Virorum tempore claruit. Et imperante Auguſto finẽ uiuẽdi in Aſia fecit.

Martius Vates duo Vaticin. uol. in ſenatu attulit.

Marcus Brutus de Officiis librum edidit.

Meſalach Aſtrologus librum compoſuit quem Meſalach nuncupauit, qui incipit, Incipiã & dicam. Item alium qui inſcribitur Capitula Meſalach, & incipit, Quia Dominus. Item librum reuolutionũ, qui incipit, Cuſtodiat te Deus. Item librũ de inceptio. & incipit, Inuenit quidam. Item de inuen. occultorũ, qui incipit, Scito q aſpiciens. Item de interpretatorijs cogitationibus,

nibus, qui incipit, Præcepit Meſalach. Item de ſignificatione temporis, & incipit, Scito q; tempora.

Machometus Alchecherim in Aſtrologia compoſuit lib. Canonum ſuper anno Perſarũ, qui dicitur Iordagio. Item lib. de. vii. noĩbus, qui eſt de imaginibus.

Marcus Cato Orator maioris Catonis ex filio nepos Anno. xv. poſtquam bellum Punicum ſecundum cœptum eſt, ut ſcribit Liuius, Romæ floruit, & orationes elegantes dereliquit.

Menander Pireneus. Menander Heracleotes. Meneſtrates. Libros de Agricultura dixerunt.

Matthæus ex Publicano Chriſti factus Apoſtolus primus in Iudæa patria lingua et Hebræa ſcripſit euãgelium, quod poſtmodum in Græcum tranſtulerit, non ſatis claret, ut beatus ſcribit Hieronymus. Huius tamen deſcribendi poteſtatẽ Anatoreis, qui Beriſam Syriæ urbem incolunt ſibi traditam aſſerit, aiens, q; ubicunq; idem Euangelium ueteris ſcripturæ utitur teſtimonio non ſequitur. lxx. interpretationem, ſed Hebraicam ueritatem.

Menecrates Ruſt. rei diſciplinã uerſibus tradidit.

Marcus Euangeliſta beati Petri Apoſtoli diſcipulus & interpres Romæ rogatus à fratribus prout à magiſtro ſuo acceperat. Scripſit Euangeliũ quod cum legiſſet Petrus approbauit & eccleſijs ſua auctoritate legendum tradidit. Octauo Neronis anno apud Alexandriam occiſus & ſepultus fuit.

Milciades aduerſus Gentiles edidit libros. Item contra Iudæos. Item cõtra Catafrigas hę reticos Montanam uim & eius hæreſim uolumen præcipuum. Ad

principes etiam Romani regni, Marco ſcilicet Antonio, et Lucio uero librum Apologeticum pro Chriſti religione conſcripſit.

Modeſtus aduerſus Martionem libros magnificentius cæteris edidit, in quibus omnes deceptiones eius detecto quo uellabantur nequitiæ tegmine denudauit. Feruntur ſub eius nomine alia quæ ab eruditis repudiantur. Marci Antonini fulſit temporibus.

Mulianus Iuriſconſultus Eccleſiæ ſcriptor non ignobilis, eiuſdem Marci temporibus librum condidit aduerſus quoſdam declinantes ad Eneraticarum hæreſim nuper exortam multa elegantia ſcriptum.

Melito Aſianus Sardenſis eccleſię epiſcopus Marco Antonino Imperatori pro Chriſtiana religione librum Apologeticum ſcripſit. Extare dicantur eius et alia uolum. De Paſcha lib. ii. De optima cōuerſatione lib. i. De Prophetis lib. i. De Eccleſia lib. i. De die Dominica lib. i. De fide hominis lib. i. De figmento ſiue plaſi lib. i. De obedientia fidei lib. i. De ſenſibus lib. i. De anima et corpore lib. i. De lauacro ſiue batiſmate lib. i. De ueritate lib. i. De generatione Chriſti lib. i. De prophetia eiuſdē lib. i. De hoſpitalitate lib. i. Item lib. qui Clauis intitulatur. De Diabolo lib. i. De Apocalypſi lib. i. Eclogarum lib. vi. Huius elegans & declamatorium ingenium, ut ait beatus Hierony. Tertulianus cauilator, in lib. vii. quē pro Mōtano aduerſus eccleſiā edidit dicit, illū apoſtoliſq; ꝓphetā reputari.

Maximus quęſtionē famoſam, unde mala. Et ꝙ materia à Deo facta ſit inſigni uentilauit uolumine Comodi & Seueri Imperatorum temporibus floruit.

Minutius Fœlix, quem beatus Hierony. *in* E*ſaia inter eloquentiæ cõmemorat flumina* Alexandri Im*peratoris tempore* R*omæ inſignis* C*auſidicus ſcripſit* D*ialogum* C*hriſtiani & Ethinci diſputantis, qui inſcribitur* O*ctauius.* F*ertur & alius ſub eius nomine, qui de fato uel contra* M*athematicos dicitur.* Q*ui & ſi diſerti uideatur hominis.ſ.comparatione ſuperiori congruere non uidetur, de quo etiã* L*actantiũ in ſcriptis ſuis mentionem facere, beatus ſcribit* Hierony.

Malchion A*nthiocenæ* E*ccleſiæ preſbyter diſertiſsimus, & qui in ea urbe* R*hetoricam florentiſsime docuit aduerſum* P*aulum* S*amoſacenum præfatę urbis* E*piſcopum prauum dogma reſtaurantẽ fortiſsime diſputauit, cuius diſputationis ſcribis excipiẽtibus dialogus extat.* S*ed & alia opuſcula ex perſona* S*ynodi ab eo ſunt edita ad* D*ionyſium &* M*aximum* R*omanæ &* A*lexandrinæ urbis* E*piſcopos directa* C*laudij &* A*ureliani* I*mperatorum temporibus.*

Metodius O*lympi* L*yciæ, & poſtmodum* T*yriorum* E*piſcopus aduerſus* P*orphyrium libros nitido, & eleganti ſermone compoſuit.* I*tem* S*ymphoſium.x.* V*irginum.* D*e reſurrectione contra* O*rigenem opus inſigne.* E*t aduerſus eundem de* P*hitoniſſa & de arte* Z*orziorum.* I*n* G*eneſim quoq; & in* C*antica* C*anticorum edidit commentarios.* M*ulta & alia quæ uulgo leguntur.* I*n* C*alchidæ* G*ræciæ martyrio finiuit uitam* D*ioclitiano ſub principe.*

Marcellus A*nciranus* E*piſ.multa aduerſus,* G*ræcũ ſcripſit uol.et maxĩe aduerſũ* A*rr.* E*xtãt et aduerſus eũ nõ* L*eniũ* A*uct.li.* S*abeluanę eũ hęreſes impe*

tentes negat ille ſe dogmatis eius eſſe & communione Iulij & Athanaſij Romanæ, & Alexandrinæ urbium pontificũ defendit ſe Conſtantij Imp. tp̃e clarẽs.

Maximus philoſophus Alexandrinus Conſtantinopolitanus Epiſcopus aduerſus Arrium inſigne uolumen de fide edidit, quem Gratiano Imperatore apud Mediolanum obtulit.

Macrobius preſbyter cum Dei ſeruiret Eccleſiæ librum ſcripſit ad Confeſſores & Virgines moralis & doctrinæ neceſſariæ apertißimis Fultum ſententijs ad cuſtodiendam præcipue caſtitatem, ſed ad Donatianorum poſtmodum declinans hæreſim cultus eorum ſcripſit Romanę Epiſcopus fuit. Claruit primum inter noſtros in Africa apud Donatianos, uel Montenſes poſtmodum Romæ.

Martinus Turonenſis Epiſcopus Apoſtolicæ ſanctitatis uir lib. de Trinitate compoſuiſſe dicitur fidem catholicã continentẽ ſub maiore clarens Theodoſio.

Mocinius Meſopotamenus Antitiæ preſbyter aduerſus Euticem egregium uolumen edidit, ſed & alia ſcribere hunc tradidit Genadius quæ nondum legit.

Macharius Abbas Aegyptius ſignis & miraculis clarus ad Iuniores profeßionis ſuæ unam ſcripſit Epiſtolam, in qua utilia multa & monochichæ Religioni neceſſaria docet, Valentis ſub Imperio.

Macharius alter Monachus in urbe Roma contra Matem. ſcripſit, fultus ſuffragio Oriẽtaliũ literarũ.

Maximus Eccleſiæ Taurenſis Epiſcopus uir in diuinis ſcripturis intentus, & ad plebem inſtruendam ſufficiens in Apoſtolorum laudes tractatus expoſuit.

Et Ioannis Baptiſtæ & generalem in omnium marty rum homeliam. De capitulis Euangeliorũ & actuum Apoſtolorum plurima ſapienter expoſuit. De ſancti Euſebij Vercellenſis Epiſcopi duos edidit tractatus. Et ſancto Cypriano ſpecialem, de baptiſmi gratia. Librum etiam de Auaritia & hoſpitalitate. De defectu Lunæ. De elemoſynis. De eo q̃ in Eſaia ſcribitur Caupones tui miſcent uino aquam. De paſsione Domini. De Ieiunio ſeruorum Dei generali. De Ieiunio ſpeciali Quadrageſimæ. De Iuda proditore. De Cruce Domini. De ſepulchro eius. De Reſurrectione ipſius. De accuſato & iudicato Domino apud Pilatum. De Calẽdis Ianuarijs. Cõpoſuit homelias plurimas, uidelicet de Natale Domini. De Epiphania. De Pentecoſten. De hoſtibus carnalibus non timendis. De gratia poſt cibum Deo agenda. De pœnitentia Niniuitarũ. Multas inſuper alia quæ mente non tenet ſe legiſſe ſcribit Genadius. Decreſcit hic beatus pontifex Honorio & Theodoſio Iuniore imperantibus.

Milo Monachus ſancti Amandi uitã eiuſdẽ Amandi Heroico metro cõpoſuit. Librũ ẽt de ſobrietate ad Carolũ groſsũ uel ſimplicẽ Regum Franciæ ſcripſit.

Martinus Goſianus patria Bonoñ. Doctor Legum uir profundæ memoriæ in libris Iuris Ciuilis multa ſcripſiſſe traditur, ſed eius opiniones ut plurimi ab Accurſio improbantur uulgarium imitante, qui illi ſemper fuit aduerſus.

Martinus Silimani Legum Doctor Bonon̄. uir acuti ingenij elegantis & politæ doctrinæ ſuper uſibus feudorum ſumulam cõpoſuit optimam. Scripſit & ad=

didit dicta multa utilia gloſſs Accurſij & quęstion
inſignes in Bonoñ. ſtudio publicæ diſputauit.

Nicenſis Græcus miracula ſcripſit & fabulas.

Nicolaus Damaſcenus Hebræorum ſcriptor Pon
pei & Gabini expoſitionem contra Iudæos factam Iu
dæorum deſcribens hiſtoriam ſcriptioni mandauit, in
quorum quarto ſic ait, Abranus regnauit in Dama=
ſco ueniens aduena cum exercitu de terra quæ ſuper
Babylonē dicitur Chaldeorū. Igitur nō poſt multū tē
pus exurgēs etiā de hac regione cū populo ſuo terrā
quæ tūc Chananea nūc uero Iudæa dicitur habitauit.

Nenius poeta Comicus annō poſt urbem conditam
quingenteſimo undęuiceſimo fabulas Romano populo
dedit. Carmen belli Punici compilauit. Scripſit & Co
mœdias. Collatio. Appol. Eculeum. Lycurgum.
Proteſilaum. Glacoleam. Virginem prægnantem. Te
ſticulariam. Ariolum. Pulſus urbe factione nobilium
Vtice, moritur Ptolemæi Epiphanis. vii.

Negidius poeta Comicus librum de extis compo=
ſuit. Item librum de poetis, in quo ſcribit inter cæte=
ros Comicos cunctis præſtare Cœlium. Deinde Plau=
tum, inde Neuium poſt Licinium mox Attalum, tum
Torrentium, poſtea Turpillium, Demum, Emmum.
Item de Dijs. Item de animalibus. Item commentarios
maximos, rerum naturalium indagator fuit max.

Nebroch Gygas filius Chus in Aſtrologia condi=
dit librum, qui incipit, Sphæra Cœli. Quem ad Cau=
thonem diſcipulum ſuum miſit.

Neratius Priſcus Iuriſconſultus, libros tradidit
Membranarum. Item regularum. Item reſponſorum

ſub Adriano principe clarus.

Niuius Craſſus poeta librum ſcripſit Iliadum.

Nonius Marcellus de mutatis coniugationibus librum tradidit.

Niſus Grãmaticus Cõmenta. Faſt: fecit, in quibus ſcribit q̃ Iunoni Monetę ędos Cal. Iunij dedicauerãt.

Nonius, ut refert Macrobius, Attenalarum fuit ſcriptor probatiſsimus.

Nerua Iuriſconſultus pater & filius multa in Iure Ciuili ſcripſerunt, quæ in libris Digeſtorum ſparſa leguntur.

Niceſius Maronites Ruſtic. rerum edidit libros.

Nepos Aegypti Epiſcopus de promiſsionibus futuris librum edidit. Quem Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus ualidis rationibus improbauit.

Nouatianus urbis Romanæ preſbyter, compoſuit libros de Paſcha. De Sabbato. De Circunciſione. De Sacerdote. De oratione. De cibis Iudaicis. De inſtantia: De Attalo. De Trinitate grãde uolumen, multaq; alia contra Cornelium Romanum Pontificem, cathedrã conatus eſt inuadere Decij et Galleni tẽporibus.

Niceus Romatianæ ciuitatis Epiſcopus ſex ad baptiſmum competentibus inſtructionibus edidit libellos, teſte Genadio. Quorum primus continet q̃ agere debeant, qui ad baptiſmi gratiam uenire cupiunt. Secundus de Gentilitatis erroribus. Tertius de fide unicæ maieſtatis. Quartus aduerſus Genealogiã. Quintus de Symbolo. Sextus de Paſchalis Agni uictima. Ad lapſam etiam Virginem libellũ emendationis omnibus inſignem laudibus dedit.

Neſtorius dum Anthiocenæ Eccleſiæ eſſet preſ
ter, inſigniſq; ſuis temporibus haberetur declamat
tractatus infinitos edidit, in quibus latenter & ſub
li nequitia proditæ poſtmodum impietatis uenena di
fudit, poſtq̃ uero Eccleſiæ eiuſdem ſuſcepit præſtila
tum apertũ iam ſe hoſtem pandẽs, ſcripſit librũ qua
de incarnatione Domini multis ſcripturę diuinæ teſt
moniis pro ſuo ſenſu adhibitis, in quo quod aſſeruerit
in hæreticorum Cathalogo monſtraturũ ſe Genadius
ſcribit. Aduerſus hunc ſancta Epheſina ſynodus con-
gregata fuit ſub Cœleſtino Rom. Pont. nominis huius
primo et ſecũdo Theodoſio, in qua erroris ſui eſt dam
nata puerſitas, ipſe uero eiectus et in exiliũ actus eſt.

Nicolaus de Trouech Anglicus de ordine Prædi-
catorum ſacræ Theologiæ Doctor pſalterium gloſis
utilibus illuſtrauit. Boetii librum de Conſolatione phi
loſophica Tragœdias & declamationes Senecæ opti-
mæ expoſuit. In expoſitione & declamatione Titili-
nii grande uolumen excudit.

Nicolaus dictus Furioſus, ut puto, Reginus li-
brum Codicis gloſauit.

Nicolaus de Marelis de Muttina Legum Doctor
ſcientia clarus, ſed eloquio rudus Odofredi lecturam
quam ſuper Digeſto & Codice expoſuerat à montis
ſuperuacuis decidit, quod opus deciſa nũcupauit. Quę
ſtiones bonas & utiles diſputauit, quas cũ legũ multa
rũ repetitionibus ſcripto traditis uolẽtibus dereliqt.

Ouidius Sabacherides ſucceſſorũ Alexandri Ma-
cedonis geſta deſcripſit, ubi Iudaicam ſuperſtitionem
exprobans ſic ait, Eſt gens quæ Iudea dicitur ciuita-

tem munitam & magnam Hieroſolymã detinens, quę cum Papę ſuperfluam ſuperſtitionem die quadam arma capere deuitaſſet ſęuiſſimũ Dñm habere protulit.

Ortenſius Rhetor & declamator illuſtris, multas orationes & elegantes edidit declamationes. Ad hũc ſcripſit Cicero librum de laud. philoſophiæ, qui intitulatur Ortenſius.

Oratius Venuſinus poeta inſignis carminũ Odarum uolumen edidit. Epodon. Epiſtolarum. Sermonũ. Poetriam. Carmen ſeculare. Sub Ptolemæo Dionyſio natus eſt. Et uixit & moritur ſub Auguſto anno imperii ſui. xxxiiii. ætatis ſuę. vii. & quinquageſimo.

Orpheus Thrax poeta Veterinus de Diis ſcribẽs fabulas Theologus dictus eſt, ut Criſippo placet. De ſacris etiam liberalibus librum edidiſſe traditur. Gedeonis iudicis Hebreorum tempore.

Ouidius Naſo Sulmonenſis Peligno uita poeta iuuenilibus annis iuuenilia, & minora opuſcula cudit. De nuce. De phitaco. De Philomena. De Cuculo. De Pulice. De ad amicam poſcentem munera. De ſomno. De medicamine aurium. De medicamine faciei. Creſcentibus deinde annis effectus uir opera compoſuit uirilia. Heroidum ſiue Epiſtolarum librum. De ſine titulo, ſiue amorũ. De amatoria arte. De remedio amoris. Metamorphoſeon. De Faſtis. Epigrãma. At poſtquam in exilium miſſus eſt ſcripſit. De triſtibus. De Ponto. De in Ibin Triũuirorũ natus eſt tpe uiruit & periit Aug. ſub Tibion exul in Ponto fatis occubuit.

Octauius Herſenius cõpoſuit librum, qui de ſacris Saliaribus Tyburtiũ inſcribitur, in quo Salios Her-

culi inſtitutos opari diebus certis et auſpicato docet.

Octonimus patris, Colorum Rhetoricorū quatuor tradidit libros, ut refert Seneca. Opius de arboribus ſilueſtribus condidit libros, Cæſaris etiam geſta deſcripſit. Opianus Cilix poeta utica miro ſplendore conſcripſit Pij Antonini clarens tempore. Oneſimus hiſtoricus uitam Probi et Carini Imperat. atq; Saturini Tyranni ſcripſit diligentiſſime. Olympius Nemeſianus Niuerniani principis geſta ſcripſit et tēpora.

Otheſias. Oneſitritus. Oſtenius Græci hiſtorici miracula ſcripſerunt & fabulas.

Origenes Alexandrinus Leonidis filius Clementis & Panthenij atq; Amonij auditor ſub Alexandro Maximino Gordianis, atq; Philippo Romanis principibus floruit, ſub Gallo, moritur ſeptuagenarius. Operum et ſcriptorum huius. vi. mil. ſe uidiſſe beatus Hieronymus atteſtatur. De hoc in. vi. Eccleſię hiſtorię libro ſic ſcribit Euſebius. Origenes. xxx. cōmentariorum libris in partem quandam Eſaiæ prophetæ editis in Ezechielem. xxv. Athenas proficiſcens conſummare ſe memorat, ubi & . v. libros primos in Cantica Canticorum ſcribit, alios autem quinq; regreſſus Cæſaream conſummauit, ſed nunc non eſt opus opuſcula eius enumerare quæ pœnæ innumerabilia ſunt, cum id magnopere fecerimus, ubi beati Pamphili uitā deſcripſimus referentes quanta ab eo antiquorum ſcriptorum uolumina, & præcipue Origenis ſubliotecæ Cæſarienſi quā ipſe pręcipue et nobili ſtudio cōpoſuit cōſecrata ſunt, ſiquis ergo noſcere uult quāta Origenis uolumina in manus uenerint inde ſumat indiculū.

Oroſius preſbyter gente Hiſpanus Taraconeñ. patria Hiſtoricus elegans uir eloquijs. Cronicam ſcripſit temporum à principio mundi inchoans, & ad tẽpora ſua uſq; luculento ſermone deducens aduerſum Chriſtiani nominis quærulos, qui dicunt Romanæ Reipublicæ ſtatum ſub Chriſtiana religione deficere oſtendens Chriſtianę religionis meritis contingereq; adhuc apud illos tamen immeritos illibatum conſiſtat Imperium. Extremis Honorij temporibus claruit.

Optatus Afer Milenitanus epiſcopus aduerſus Donatianæ partis calumniam libros. vi. edidit, in quibus Donatianorum crimen falſo in nos retorqueri aſſerit Valentiniano & Valente imperantibus.

Oroſieſis Monachus Patomij et Theodori Abbatis collega uir in ſcripturis ad plenum eruditus librũ edidit totius diſciplinæ monaſticę eruditionis conſtructum & in totum plene teſtamentum uetus & nouum iuxta neceßitatem monaſticam compendioſis diſertionibus expoſitum, quem teſtamenti uicæ propriæ exceſſus ſui finem fratribus obtulit Theodoſii primi temporibus.

Olympius Epiſcopus Hiſpanus aduerſum eos, qui uerum & non arbitrium culpant fidei compoſuit librum, in quo oſtendit non creationem, ſed inobedientiam inſertum neceſſario malum.

Odofredus Bonoñ. Legum Doctor eximius ſuper Digeſto ueteri, & Codice lecturas egregias edidit opus docentibus diſcentibus & doctis utilißimum.

Pitacus Mitileneus unus de ſeptem Græciæ ſapiẽtibus de moribus et Politia uerſus compoſuiſſe tradi-

tur, & proſaice multa feruntur, & dictorum ſuorum plures, & elegantes ſententiæ quas colligunt, qui de philoſophorum uita ſcripſerunt. Ob merita ſuæ patriæ propriæ principatum meruit & optime rexit Romæ Priſco regnante Tarquino.

Periander Corinthius alter ex ſeptem Græciæ ſapientibus dogmata multa celebria & utilia carminibus tradidiſſe dicitur. Sed & multe elegantes ſententiæ ex ſcriptis eius excerptæ referuntur Priſco Romæ regnante Tarquinio.

Pithagoras Samis patria adiuuente annis ſapientiæ cupiditate flagrans Aegyptum petiit ubi gentis illius literis edoctus, cuiq; præteriti ſcrutatus cõmentarios innumerabilium ſeculorum obſeruationes agnouit. Ad Perſas inde profectus Magorumq; prudentia informatus, ſyderũ motus ſtellarumq; curſus earumq; uim proprietatẽ atq; effectum edidicit. Cretam quoq; et Lacedęmonam nauigans moribus earum legibuſq; inſpectis ad certamen acceßit olympicum. In Italiæ partem aduectus quæ tunc magna Græcia dicebatur plurimis opulentis urbibus ſtudiorum ſuorum peritiã dereliquit. Primus omnium philoſophus nuncupatus diuinationi magnam auctoritatem præbuit. De Diis tractauit, qui ſint an non ſint quæ ſibi liqueat habere ſe negat. Ariſmetricam artem inueniſſe dicitur. & in philoſophicis multa ſcripſiſſe cõpertũ, qui eſſet cum de Deorum eſſentia dubitarent Athenieñ. iuſſu, urbe et agro exterminatur, et libri ſui publicę deuſta ſunt, multa tamen elegãtia dicta ex ſentẽtiis ſuis referuntur, quę ab hiis qui de uita & moribus philo-

ſophorum ſcripſerunt recitantur, apud Metapontum in Italia moritur Darii primi temporibus.

Parmenides philoſophus Athenieñ. de Diis tracta tus edidit. Logicam in Caucaſi montis rupe primus inuenit Artaxerſis primi temporibus.

Perſes philoſophus Zenonis auditor de Diis tractando libros compoſuit.

Protagoras philoſophus libros compoſuit, quos Athenieñ. publico Decreto cremarunt, ut ſcribit Euſebius, ſub primo Artaxerſe.

Plato Athenieñ. philoſophus Ariſtonis filius Socratis auditor, cum ſapientiſsimus iam mortalium crederetur obq; profundam illius ſapientiam à cunctis ſtudioſis certatim Athenæ peteretur, is Aegyptum petens uaſtiſsimos campos effuſamq; Barbariem, ut ſæuus Aegyptiorum fieret diſcipulus peragrabat. In Italiam inde tranſgreſſus ab Tarentino Archita Pithagoræ præcepta et inſtituta percepit. Tanta undiq; literarum illi peritia quærenda fuit, ut orbis uniuerſus aliquid ex quodam quaſi beato fonte hauriret. De cuius ſcriptis innumeris pauca attingā. Politiam ſcripſit. Timeum. Phedonem. Libros legum. Alcibiadē. Critiam. Gorgiam. Protagoram. De Republica uberrime, ut ſcribit Tullius. Item lib. qui inſcribitur Thacaton, ut dicit beatus Aug. Item Liſidem. Hunc principē ingenij & doctrinæ, Cic. in Epiſt. lib. pronūciat. Sub ſecundo Dario natus traditur. Sub ſecūdo claruit Artaxerſe. Sub tertio moritur annum agens unum, & .lxxx. Cui magi qui Athenis aderant immolauerant amplioris eum ſortis q̄ humanæ fuiſſe rati, quam

perfectiſſimum compleſſet numerum, quem Nonies no uem multiplicato componunt.

Pſeuſippus Platonis auditor & ex ſorore nepos. De nat. Deo. li. edidit Artaxerſis ſecũdi qui Memou dictus eſt, et ſecundum alios aſſuetus, tẽpore clarens.

Panetius Antipatri diſcipulus philoſophorum ſtoi corum princeps libros de Diuinatione compoſuit. De officijs accuratiſſime diſputauit. Quem potiſſime ſecu tũ ſe eſſe, Cic. refert. Ptolemæi Dionyſij florẽs tpibus.

Ptolemęus Phelodẽſis Aſtrologus et philoſophus eximius, plus in Aſtronomia edidiſſe dicitur, q̃ id to= tum quod ante ſcriptum inuenerat. Compoſuit librum qui dicitur Almageſti, qui incipit, Bonum fuit ſcire. Planiſperium, & incipit, Cum ſit poſſibile. Quadri= partitum, qui incipit, Iuxta prudentiam philoſopho= rum. Item librum ad Ariſtoxenum, qui incipit, Signo rum. Item librum uerborũ, qui incipit, Motus Lunæ. Et de imaginibus, qui incipit, Imaginum. Item Centi= loquium. Item de perſpectiua. Alius Ptolemæus unus forte ex regibus librũ condidit Canonum, qui incipit, Intellectus climatum. Adriani & Antonini tempori= bus illuſtris eſt habitus, octo & .lxxx. uixit annis.

Plotinus Platonis auditor, Porphyrij uero magi= ſter librum compoſuit de uirtutibus, Romæ Ptolemæi Philopatoris tempore Latinam primum Rhetoricam docuit uir & diem finijt Epiphanijs Ptolemęi tẽpore.

Papinianus Iuriſconſultus acutiſſimi uir ingenij Sceuole fuit auditor, & ipſe plurimos ingentes uiros auditores habuit, inter quos Vulpianum Paulum Iabo lenum Martianum, et alios. Scripſit autem libros diſ=

ſinitionum. Diueſtionum. Reſponſorium. De adulteriis. Per Barsianũ Caracallũ occiſus eſt, paricidiũ illius in Getã fratrẽ cõmiſſum publicę accuſare renuit.

Pomponius unus ex Papæ auditoribus uariarũ lectionũ libros tradidit. Librũ tertiũ singularẽ euchendæ. Item ad Sabinũ. Ad Plantiũ. Ad quintũ Mutium. Ad Aedictum. Quæſtionum. Reſponſoriũ. Item librũ singularem regularum. Epiſtolarum. Senatus conſultorum. Aurelii Alexandri ſub tempore.

Proculus alter ex Papinianis diſcipulus, libros tradidit Epiſt. eodem ſub principe cuius fuit conſultor.

Papyrius Iuſtus Iuriſconſ. Conſtitut. edidit lib.

Publius Papyrius Romanus leges regias ſub Priſco Tarquinio in unum contulit primuſq; omnium Iuriſconſultorum fuit.

Porphyrius Platine diſcipulus de regreſſu animæ edidit libros. Item contra Danielem prophetam.

Paulus Iuriſconſultus libros compoſuit ad Sabinum. Ad Plantium. Ad Aedictũ prætoris. De Iure ſingulari. Libros quæſtionũ. Ad legem Papiam. Librum ſingularem ad Cinniam. Item librum ſingularem de portionibus quæ cõceduntur liberis damnatorũ. Item librum reſponſorium. Item ſententiarum. Regularũ. Librum ſingularem de officio prę fecti uigilũ. Librum ſingularem de officio aſſeſſorum. Ad legem. xii. tabularum. Ad Aedictum prouinciale. Librum manualiũ. Ad Neratium. Notas ſuper libros Iuliani. Librũ Epiſtolarum. Decretorũ. Item librum breuium. Item lib. ſingularem de in officioſo teſtamento. Librum ſingularẽ de. vii. uiralibus indicijs. Epidomatũ. Ad uiteliũ.

Inſtructionum. Item breuis edicti. Item ſingularem librum ad Velleianum. Ad edictum ædilium Curulium. De uſuris. De adulteriis. Alexandri Imperatoris tẽpore nituit eiuſq; conſulator & domeſticus fuit.

Pegaſus Iuriſcõſultus ſucceſsit Proculo urbis præfectus fuit Veſpaſiani tempore leges condidit, quæ in libris Iuris ciuilis cõgruis locis et titulis inſertę ſunt.

Piſo Hiſtoriographus libros ſcripſit Annalium Cuius auctoritate Liuius plerunq; utitur dicens eum uetuſtiorem auctorem Annalium. Scripſiſſe traditur & libros Hiſtoriarum, ſed ut reor Annales, & hiſtoriæ idem ſunt.

Proconeſius Græcus miracula ſcripſit et fabulas.

Philiſcus Dionyſii Syracuſani temporibus florens illius geſta eorumq; temporum Græcorũ Perſarumq; res geſtas ſcripturæ mandauit.

Poliſtephanus orbis miracula ſcripta dereliquit.

Philoſtrates Iudaicas et Phœnicias ſcripſit hiſto.

Pindarus poeta Gręcus Tragœdiam eleganter edidit Xerſis Perſarum Regis tempore inſignis.

Pacuuius Branduſinus Tragœdias multas tradidit inter quas Doloreſtum, Teueram, Paulum, Pirobeam, Medetorum, Fribulariam, Commorientem, Sticum, Trinummum, Medicum, Carbonariam, Philargum, Criſeo, Antiopam, De nuptiis, Circa ſecundi belli Punici finem illuſtris.

Pomponius poeta Comicus in Tranſalpinis Gallis Attelanas ſcripſit. Item Epigrammata. Auctoratum. Satuam, Lare familiarem. Ad tranſeam. De philoſophia. Bacham uel Marſupium. Mœniam.

Perſius

Perſius poeta metricum Satyricum compoſuit librum apud Volteranas natus erat, in quo Romanorum redarguit mores quem Cornutus magiſter eius compoſuit apud Volteranas, ſub Nerone occiſus anno ætatis ſuæ nono, & .xx.

Proculus Grammaticus Peregrinarum nationum geſta tradidit, ut A. Gelius refert.

Plautus poeta Comicus poſt ſecundum bellum Punicum nō multum ultra annos. xv. ut refert A. Gelius in ſcena florens ſcripſit Comœdias. Captiuos. Caßinam. Deiphœbum. Ciſtellariam. Pſeudodoneam. Rudentem. Gurgilionem. Menechos. Bachides. Muſtellariam. Aſinariam. Truculentē. Militem glorioſum. Aulularium. Pœnulum. De natura Deorū. Epidicum. Menegnos. Vidulariam. Amphitrionē. Perſas. Mercatorē. Lenones. Calceolum. Aſtrabam, & Bacariā.

Polybius Megalopolitanus ex Achaia res Romanorum cum Annibale geſtas ſcriptioni tradidit Syrorum geſta, & bibliotecarum hiſtorias Scipionis Aemiliani tempore clarens.

Paternus declamator elegans Senecæ contemporaneus de Re Militari diligentißime ſcripſit, ut refert Vegetius.

Papyrianus Grāmat. lib. de ortographia cōpoſuit.

Probus Grāmaticus libros edidit in Grāmatica, ut Priſcianus refert. De temporum connexione libellum tradidit, Seruio teſte.

Publius Varro belli Sicanici librum protulit. Item Murio Motonem.

Propertius poeta de Amore tract. ut Ouid. tradit.

Philippides poeta ſcripſit Comœdias.

Pilades poeta Tragœdias compilauit.

Palphurius Lura ſcripſit Ephimerida Galleno ĩp.

Publius Syrus Mimograph. multas laudabiles ſcripſit ſentẽtias quæ à doctis legũtur, in qbus beneficiũ dãdo accipit, qui digne dedit ſub Cęſare claruit Aug.

Portunianus li. de Ciuil. tradidit, inſtit. Poli. teſte.

Paladius Agriculturæ doctrinam libris ſuis diligenter expreßit.

Pomponius Feſtus librum condidit de Iure Pontificum & ſacrificiorum Gentilium, ubi ait, Ambarnalis hoſtia eſt, quæ rei diuinę cauſa Circũarua ducitur.

Plinius ſecundus Veronenſis patria, uir, ut beatus tradit Auguſt. doctißimus omnium enim ſcientiarum omnium artium, omnium ferè rerum ſcibilium peritiã habuiſſe uidetur. Scripſit nanq; naturalis hiſtoriæ libros. xxxviii. quos Veſpaſiano Imperatori direxit. Scripſit et Romana bella. xxxviii. uoluminibus. Item libros ſermonis dubij. Item perartium. De arte grammatica. Item librum de iaculatione equeſtri.

Plinius alter prioris ex ſorore nepos & adoptione filius, ut ipſe idem in quadam ſua Epiſtola refert Quintiliani Rhetoris fuit auditor & inſignis effulſit orator. Scripſit grande Epiſtolarum uolumen numero multa utilia & ſcitu digna complectens.

Poſthumus Abbinus animalium tradit librum.

Philocorus opus cudit q̃ Attidem dixit, in quo & Macr. aſſerit, affirmat primæ Lunæ, uel Veneri, et ſacrificiũ facere uiros cum muliebri ueſte, & mulieres cũ uirili, quia eadẽ maſculus extimatur & fœmina.

Priſcus Attile deſcripſit uitam & geſta.

Plutarchus Traiani Imperatoris inſtructor compoſuit librum de Inſtitutione Politica, quem Traiani inſtitutionem nuncupauit. Item librum de magiſtratuum moderatione, qui Archigrammaton inſcribitur. Item librum memorabilium.

Philippides poeta Comicus Comœdias dedit, ut tradit A. Gelius.

Palæmon Vincentinus Grammaticus libros compoſuit in Grammatica, ubi ponens differentiam inter guttam & ſtillam dicens, ꝙ gutta eſt dum ſtat ſtilla dum cadit Claudij temporibus agnitus.

Priſcianus Cæſarienſis Grammaticus. Scripſit librum de partibus orationis Iuliano conſuli & patritio. Item de conſtructione. Item de accẽtibus. Item de naturalibus quæſtion. ad Cosdroem Regem Perſarũ.

Pomponius Mella totius orbis Coſmographiam ele genti ſtylo contexuit.

Phition Rhodius. Plentiphanes. Perſis. Libros de Agricultura traduntur compoſuiſſe.

Petrus Chriſti Apoſtolus, & Apoſtolorum princeps Romanæ urbis Pontifex primus duas ſcripſit epi ſtolas, quæ Catholicæ nuncupantur, quarum ſecunda propter ſtyli diſſonantiã à pleriſq; illius fuiſſe negatur. Marci Euangelium dictaſſe dicitur. Libri autem quorum unus actorum eius inſcribitur, alter Euange lij. Tertius prædicationis Apocalypſeos. Quartus Iuditij. Quintus inter Apocripha numerantur, Hieronymo teſte. Vltimo autem Neronis anno apud urbem martyrij palmam adeptus eſt.

Paulus Apoſtolus IESV CHRISTI de Tribu Beniamin Opido Giſcolis de perſecutore uas electionis factus eſt ad. vii. Eccleſias, nouem ſcripſit Epiſtolas. Ad Romanos. i. Ad Corinthios. ii. Ad Epheſios. i. Ad Theſſalonicēſes. ii. Vnam ad Galathas. Ad Philippenſes. i. Ad Coloſſenſes aliam. Scripſit & diſcipulis ſuis. Timotheo. ii. Tito. i. Philemoni aliam. Epiſtola quæ legitur ad Hebræos an ſua fuerit Papæ ſtyli cultioris elegantiam à nonnullis dubitatum eſt. Aſcribunt enim eam alij Barnabæ, alij Lucæ, pleriq; Clementi, qui poſtea pontificalem in urbe tenuit ſedē. Clemens Alexandrinus & Origenes eius diſcipulus Euſebius Cæſarieñ. atq; Hieronymus Pauli fuiſſe manifeſte confirmant, quia Hebræus et Hebræis in proprio ſcripſit eloquio ornatius & cultius ſcribere potuit, q̃ in extero & ſic in Græcum ſonantius transferri potuit ex Hebræo. Legunt quidã unam eius Epiſt. ad Laudiceñ. ſed à uiris exploditur. Vltimo Imp. Neronis anno proximi fide apud urbem capite cæſus eſt.

Philon gente Hebręus patria Alexandrinus de genere Sacerdotum ſcriptorum, ut refert Euſebius inſignißimus, non ſolum in noſtra uerum & in Græcorũ philoſophia primus inter primos habebatur. Apud Alexandriam uero in omnibus claris et nobilibus uiris clarior & nobilior erat. In diuinis autem legibus, & patrijs inſtitutis quantus qualisue fuerit, ex hijs quæ nobis uoluminũ ſuorum tradidit monumentis omnibus clarum exploratum eſt. Quis enim digne explicare ualeat quãta eius in liberalibus literis fuerit inſtitutio, quãta in philoſophicis, quantuſq; maxime in

Platonicis & Pithagoricis fuerit diſciplinis, ut qui omnes qui ſecum floruerant penè, & qui eum præceſſerant ſuperaret. Eſt autem affluentiſſimus in eloquentia, in ſenſibus profundiſſimus, in interpretatione, atq; intelligentia diuinarum ſcripturarum ſubtiliſſimus, copioſæ inueniens copioſius eloquens. Multa deniq; diuini ingenij ſui monumenta dereliquit. Primus itaq; in Geneſim ſcripſit libros, quos ſacrę legis figuralis explanatio intitulauit. Quæſtionum & ſolutionum in Geneſi, & Exodo lib. v. De Agricultura lib. ii. De tumulentia lib. ii. Quæ ſint pro quibus mens debet orare Deum. De confuſione linguarum. De natura & inuentione. De hijs quæ congregari debent ad erudiendū. Qui ſit qui hæreſes cōficit diuinorum. Quę ſit æqualiū et inæqualiū diuiſio. De tribus uirtutibus quas deſcripſit cum cæteris Mcyſes. Item quare in ſcripturis quorundam mutata ſunt nomina, & quare cōmutata ſunt, in quibus refert ſe ſcripſiſſe de teſtamentis primum & ſecundum. De captiuitate & uita ſapientis lib. i. De gygantibus lib. i. De eo quod incommutabile ſit, quod diuinum eſt. De Moyſi uita lib. v. De tabernaculo & decalogo lib. iiii. De animalibus quæ ſacrificio deputata ſunt, & quæ ſunt ſpecies ſacrificiorum. Quæ ſunt propoſita in lege bona præmia & in malis maledicta. De prouidentia ſingulares libri. De Iudæis Apologeticus liber, hoc eſt de uita urbana. Ad Alexandrum dicentem, ꝙ rationem habeant multa animalia. De eo ꝙ ſeruus ſit omnis qui petat. Quod liber ſit omnis qui bonis ſtudijs operam præbet. De uita Theoretica uel ſupplicum. De uita

noſtrorum, ideſt de Apoſtolis ueris. Sed & interpretationes Hebraicorum nominum, quæ ſunt in lege & Prophetis. Miſſus Romã à contribunalibus ſuis legatus ad Gaium de impietate illius atq; in puritate plurima ſcripſit, quæ Periromam de uirtutibus nominauit. Qũæ cum ſenatui recitaſſet in tanta admiratione habitus eſt, ut ſcripta ſua digna biblioteca publica decernerentur. Hiſdem etiam Gaij temporibus ſcripſit quinq; uoluminibus quanta tunc mala Iudæis acciderint, in quibus de legatione ſua meminit dicẽs, ꝙ cum apud Gaiũ pro contribunalis peroraſſet nil domũ prę ter irriſionem retulit, & pœnæ periculum mortis incurrit. Dicitur & alia compoſuiſſe, quæ de facili non habẽtur apud Gręcos uulgo dicitur, ꝙ aut Pilon Platonem ſequitur, aut Pilonem Plato tanta eſt utriuſq; ſimilitudo ſenſuum, & ingenij, ut ait Hieronymus.

Papias Hieropolitanus epiſcopus beati Ioãnis Euãgeliſtæ diſcipulus lib. v. uerborum dñicorũ cõpoſuit.

Polycarpus Simineus Epiſcopus eiuſdem beati Ioãnis auditor, & diſcipulus ob quaſdam paſcæ quæſtiones Romam ueniens Antonino Pio Imperium gubernante. Aniceto uero Romanæ Eccleſiæ Præſidente plures Martionis & Valentini hæreticos laqueis ad fidem conuertit. Scripſit autem ad Philippenſes Epiſtolam utilem ualde. Sub Marco Antonino martyrium paſſus eſt, annum agens ſextum, & .lxxx.

Pinitus Cretenſis Gnoſię urbis Epiſcopus ad Dionyſium Corinthiorum Epiſcopum elegantem ſcripſit Epiſtolam, in qua docet non ſemper lacte nutriendos populos, ne quaſi paruuli ab ultimo occupentur die,

ſed & ſolido debere ueſci cibo, ut in ſpiritalem profi ciant ſenectutem. Sub Marco Antonino illuſtris.

Philippus & ipſe Creteñ. ſed Cortinæ urbis Epiſcopus inſigne aduerſus Martionem uolumen edidit Marci Antonini & Lucij Comodi florens tempore.

Policrates Epheſinus Epiſcopus ex perſona omnium Epiſcoporum Aſiæ. Contra Victorem Romanũ Pontificem de Paſcha cum Iudæis Luna. xiiii. celebranda beati Ioannis & ueterum fretus auctoritatibus Synodicam compoſuit Epiſtolam Seueri principis ſub Imperio.

Panthenus Stoicæ philoſophiæ profeſſor uetuſto de more apud Alexandriam Eccleſiaſticæ præfuit ſcholæ clariſſimi probatiſſimiq; doctoris fungens offi cio. Tantæ nanq; ſcientię non ſolum in diuinarum ſcri pturarũ eruditione uerum in ſeculari literatura fuit, ut in Indiã requiſitus per legatos gentis illius à Demetrio Alexandrino epiſcopo mitteretur ubi Dei uerbum feruenter & fœliciter prædicauit. Reperitq; Bartholomæum Apoſtolum aduentum Domini & fidei ſemina primum ibi ſecundum Matthæi Euangelium iactaſſe. Quod quidem Hebræis ſcriptum literis regrediens in Alexandriam detulit. Multa uiri huius doctrinæ Eccleſiaſticæ extare dicuntur apud Alexandriam monumenta, ſed uiue uocis oraculo plus Eccleſiæ cõtulit. Sub Seuero et Caracalla Imp. nituit.

Pontius beati Cypriani Diacon. uolumem egregiũ de uita eius & paſſione cõpoſuit cum ipſo uſq; ad diẽ paſſionis ſuæ exilium patiens Galleni temporibus.

Pierius Alexandrinæ preſbyter eccleſiæ tam flo-

rentis ſermonis uenuſtate populos docuit tantaq; di=
uerſorum tractatuum elegantia fulſit, ut Origenes Iu
nior uocaretur. Tractatum longiſsimum ſuper Oſeæ
propheta edidit ſub Caro & Dioclitiano inſignis.

Pamphilus preſbyter Euſebij Cæſarienſis neceſſa
rius maximam partem uoluminum Origenis propria
manu ſcripſit. Quæ Cæſariẽſis biblioteca ſeruare tra
ditur. Sed & in Prophetas. xii. eiuſdem Origenis. v.
& . xx. exaraſſe propria manu tradit Hieronymus.
Quæ ad ſe perueniſſe et ſeruare ſe ſummo gaudio aſ=
ſerit. Scripſit & ante Euſebium Apologeneum pro
Origene ſub Maximiani pſecutione martyriũ paſſus.

Paulonas preſbyter beati Ephreni diſcipulus, acris
uir ingenij, & in diuinis eruditus ſcripturis, & ma=
giſtro eius uiuente inter doctores clarus et maximus
pro tempore declamator. Sed poſt magiſtri ſui mortẽ
deprauatus ſe ab Eccleſia ſeparans multa contra fi=
dem ſcripſit catholicã, Valẽtiniani primi ſub tẽpore.

Pacemius Monachus uir doctrinæ & uitæ apoſto=
licæ, Aegypti Cenobio fundamentũ regulamq; utroq;
generi Monachorum aptam Angelo dictante compo=
ſuit. Ad collegas præpoſituræ ſuæ ſcripſit Epiſtolas.
Ad Abbatem, uidelicet Cornelium unam. Ad Abba=
tem Syrum unam. Ad omniũ Monaſteriorum præpoſi
tos, ut in unum conuenientes paſchalẽ diem celebrent
unam. Similiter ut ad diem remiſsionis quæ menſe Au
guſtino agitur, item ut congregentur unam. Item ad
fratres qui foras Monaſterium miſsi fuerant ope=
rari unam. Sub Valentis Imperio.

Partianus Barcinonenſis Epiſcopus uir caſtitate

inſignis uita et ſermone clarus, uaria compilauit opuſcula, è quibus eſt Ceruus. Item contra Nouatianos. Vltima tandē ſenectafeſſus diem clauſit, primo Theodoſio imperante.

Priſtilianus Abilae Epiſcopus, qui Idatij & Ithatij factione occiſus fuit à Maximo Tyrāno, multa condidit opuſcula, de quibus aliqua ad ſe perueniſſe beatus ſcribit Hieronymus. Dicit enim illum Gnoſticæ hęreſeos. i. Baſilidis uel Marci uſq; ad ſua tempora accuſari. Alijs defendentibus non ſic, ut arguitur ſenſiſſe. Sub primo Theodoſio fulſit.

Paulus Epiſcopus de patientia libellum edidit, docens penitentem ſic pro peccatis debere dolore ne ſupra menſurā triſtis periculū deſperationis incurrat.

Pelagius hæreſiarcha priuſq̄ hæreſeos labe inficeretur ſtudioſis tres de Trinitatis fide cōpoſuit libros. Et pro actuali conuerſatione Elogiarum ex diuinis ſcripturis lib. i. capitulorum iudiciis immodum beati Cypriani martyris præſignatum.

Philippus preſbyter beati Hieronymi auditor commentarios edidit in Iob ſimplici ſermone ſcribit Genadius legiſſe familiares uiri huius Epiſtolas. Ad paupertatis & dolorum tollerantiam ad Moem ducem et hiſtorias. Moritur Martiano ſub principe.

Prudentius Carnoceum poeta Lyricus metricum libellum condidit. De conflictu uitiorum & uirtutum. Item Crocheum de toto ueteri & nouo teſtamento. Commentatus in Græcorum more examerou de mundi fabrica uſq; ad conditionem primi hominis & pręuaricationem. Compoſuit & libellos quos Græca ap-

pellatione intitulauit Apotheſis Præſicomatici Amartigenia.i.de Diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Edidit & in laudem martyrum inuitatoriũ ad martyrium lib.v. Hymnorum unum ſpecialiter aduerſus Symmachum quendã idolatriam defendentem. Scripſit & libellũ de fide. Item de natura animæ Heroico metro. Sub primo Theodoſio florens.

Proſper Aquitanicus Seruiceñ. ſcolaſticus aſſertione neruoſus Cronicam, beati Hieronymi, et tempore Valentis Imperatoris uſq; ad finem temporum ſecundi Theodoſii perſecutus eſt. Cronicã etiam à conditione primi hominis iuxta diuinarum ſcripturarum fidem uſq; ad mortem Valentiniani Auguſti & captam à Genſerico urbe, cõpoſuiſſe fertur. Librum aduerſus opuſcula Caßiani ſuppreſſo nomine cudit. Epiſtolæ Leonis Papæ contra Euticem de uera Chriſti Incarnatione ab hoc notate creduntur. Librum epigrãmatum partim proſa, partim metro exarauit. Ad Iulianum pomerium de uita contemplatiua in tres libros digeßit. Sub utroq; Leone floruit Pontifice Romano, ſcilicet atq; Imperatore. Apud Regium Lombardię urbem Epiſcopus moritur.

Paulinus Nolanus Epiſcopus beati Ambroſii uitam ſcripſit ad Auguſt. Item uitam beati Fœlicis. Ad Theodoſium ſecundum ſcripſit Panegiricum ſuper uictoria Tyrannorum. Ad ſororem Epiſtolas plurimas de Contemptu mundi. Item de diuerſis cauſis diuerſas diſputationes & tractatus. Volumen etiam de Pœnitentia, & de Laude generali omnium martyrum inter opuſcula ſua præcipuum. Multa uerſibus ſcripſit

ad Celſum. Epitaphium etiam uitæ conſolatorium. Libellum ſuper mortem Chriſtiani et baptizati Infantis ſpe chriſtiana munitũ. Epiſtolas plures ad Seuerũ. Sacramentorum etiam et hymnorũ Honorii & Theodoſii ſecũdi tẽpibus. Item Epiſt. ad Delphinũ Amandũ uictritium Aprum Florentiũ Euſebium et Vincentiũ.

Patronius Epiſcopus Bononieñ. uir ſanctæ uitæ et in Monachorũ ſtudiis inſtructus, uitas patrum Aegypti et Monachorum ſcripſiſſe creditur, quas ueluti uitæ & profeſsionis ſuæ normam & ſpeculum amplectuntur. Scribit Genadius legiſſe ſub illius nomine ordinationẽ Epiſcopi ratione et humilitate plenam, quã ob ſtyli elegantiã eius fuiſſe non credidit. Sed Petronii, huius uiri eloquentiſsimi fuiſſe plurimi tradunt, quia in eodem tractatu ſe pręfectũ prętorii fuiſſe deſignat. Vixit & obiit ſecundi Theodoſii temperare.

Paulinus tractatus edidit de initio quadrageſimæ. Itẽ de initio paſce. Itẽ de pœnitẽtia. Itẽ de neophitis.

Petrus Damianus.

Petrus Alphõſus Iudæus dictus Moyſes, Henrici quarti Imperatoris Iudaiſmũ repudians Chriſtianæ Religionis fidem profeſſus eſt. Extat libellus enim in quo aduerſus Iudæos & Saracenos diſputat & potenter eorũ confutat errores. Scripſit & per modũ Dialogi lib. qui prouerbia et fabulas continet ſerẽdis moribus efficax & aduerſus fallacias inſtruens.

Petrus Nouanenſis dictus Lombardus Pariſieñ. Archiepiſcopus primi Federici tempore floruit. Sententiarum lib. qui in ſcholis Theologicis aſsidue legitur condidit, Maiores gloſas ſuper libro pſalmorum.

Et Epiſtolis Pauli ex multorum dictis compilauit. Sermones utiles plurimos tradidit.

Paulus preſbyter natione Panon ad Conſtantiam uirginem Deo deditam ſcripſit libros mediocri ſermone, ſed diuino conditos. In quibus Iouiani cuiuſdam meminit uoluptatis et libidinum intentoris, cui in tantum caſta & continens uita aduerſabatur, ut inter luxurioſas epulas animam eructaret Anaſtaſii primi tempore notus.

Paſtor Epiſcopus paruum immodum ſymboli cudit libellum Eccleſiæ totam ferè credulitatem explicantem, in quo aſſenſionum Anatematizat auctores propriis omiſsis uocabulis Præſcilianos etiam cum ipſo damnat auctore.

Petrus dictus Comeſtor, primus Pariſieñ ſub primo clarens Federico Scolaſticam compilauit hiſtoriã.

Petrus Clumacenſis Abbas miraculorum cõpoſuit librum, in quo utilia multa & curioſa deſcripſit.

Quintus Tubero Iulii Cæſaris uitam deſcripſit. Aliaq; Romanorum rerum geſta.

Quadrigarius Claudius Bellum ſcripto tradidit Marlianum, quo pater filium ſecuri percuti iuſsit. Condidit & librum Annalium.

Quintus Claudius Annalium ſcripſit librum in cuius. v. ait. Carnenſis pugnæ cladem ante diem quartam ſextiles nouas factam fuiſſe.

Quintilianus Hiſpanus gẽte rector inſignis li. ix. de Oratoria inſtitutione compoſuit. Item cauſarum ciuilium. De Hiſpania cum Galba Romam uenit & primus Rhetorũ cum ſalario publico ibidẽ ſcolã tenuit.

Quintus Mutius Iuriſconſultus multas condidit leges quæ per totum Iuris Ciuilis corpus diſperſæ ſe egentibus offerunt.

Quadratus Adriano Imperatori Apologeticũ ſcripſit & ottulit librum rationis confidei plenum, apoſtolicaq; doctrina dignum & religioni Chriſtianæ perutilẽ. Scripſit & Perſicũ bellũ ſub uero principe geſtũ. Auidii Caßii uitã & geſta ſcriptioni tradidit.

Ruffus Celſus Firmi ſub Aureliano Imperatore Tyrannidem exercentis uitam & tempora ſcripſit.

Rutilius Flatus Theodoſii & Honorii principum geſta narrauit.

Ruffus Feſtis uir conſularis & magiſter militum populi Romani geſtas res breui libello ſtringẽs Valenti Imperatori tradidit.

Roſcius Hiſtoriæ librum compoſuit quo eloquentiam cum hiſtoria comparauit.

Rabi Moyſes edidit librum, cuius titulus eſt de duce neutrorum.

Rodon philoſophus Aſianus contra Martionẽ fortißimos edidit libros in Examerontractatus inſignes aduerſum Catafrigas opus elegans Comodi & Seueri temporibus.

Ruphinus preſbyter Aquileieñ. elegantis uir ingenii Prioris temporibus floruit. Hic ut ſcribit Genadius, maximam partem Græcarum bibliotecarum Latinis exhibuit Baſilii uim Cæſarienſis Capadociæ epiſcopi, Gregorii Nazanzenii, Clementis Romani recognitionum libros, Euagrii quoq; & Siſti ſentẽtias, Pamphili Homel, contra Matematicos. Euſebii Cæſa-

rienſis Palæſtinę Eccleſiaſticam hiſtoriam, cui duos addidit libros. Origenis uero omnia. Symbolũ ita diſſeruit, ut in eius expoſitione cęteri nec expoſuiſſe credantur. Benedictionem Iacob ſuper patriarchas Hiſtorico morali, & myſtico ſenſu. Epiſtolas etiam multas exhortatorias ad Dei timorem compoſuit. Obtrectatoribus opuſculorũ ſuorũ duobus reſpõdet uoluminibus. Scripſit & explanationẽ ſuper Oſeę Iohel et Amos.

Ricardus ſancti Victoris Pariſieñ. Abbas, compoſuit de ſancta Trinitate lib. vii. De contemplationibus lib. i. de Patriarchis intitulatũ. De myſtico ſomno Nabuchodonoſor. De arbore quam idem Nabuch. uidit. De quatuor Ventis in mari pugnantibus. De exterminatione mali, & promotione boni. De officio Eccleſiæ. De ſacrificio Abrahæ. Scripſit et tractatum grãdem de illo uerbo Eſaiæ, Omne caput languidum. Item de illo in die illa nutriet homo uaccam, boum. Item ſuper illo uerbo, Ecce uirgo concipiet. Item ad Nouitios de illo uerbo, pſalmus, Afferte Domino filij Dei. Item lib. qui dicitur exceptionum, in quo continentur diuiſio, & materia omnium ſcientiarum & ſeries hiſtorię precedentium temporum Eugenij. iii. Romani pontificis & Coradij. iii. fulſit temporibus.

Rabanus Mildenſis Abbas, poſtea Maguntinus Archiepiſcopus Ludouici primi temporibus claruit. Huius illuſtris uiri feruntur opera. De laude Crucis lib. ii. partim proſa, & partim metro. De inſtitutione lib. iii. Super Geneſim lib. iiii. Super Exodo lib. iiii. Super Leuitico lib. iiii. Super Deuteroñ. lib. iiii. In Ieſu naue lib. iii. In lib. Iudicũ lib. ii. Super Ruth lib. ii.

Super Numeris lib.iiii. Super lib. Regum lib.iiii. Super Paralipom̃.lib.iiii. Super Iudith lib.i. Super Heſter lib.i. Super lib. Sapientiæ lib.iii. Super Eccleſiaſtico lib.x. Super Hieremiam lib.xx. Super lib. Machabeo.lib.iii. Super Matthæum lib.viii. Super Actus Apoſtolorum lib.i. Super Danielem tractatum unum. Scripſit & de naturis rerum. De prædeſtinatione & preſcientia ad Nouergum Veroneñ. Epiſcopum lib.i. Super Epiſtolis beati Pauli lib.xxx. De Epiſcoporum ordinatione lib.i. Contra eos qui oblationem filiorum ſecundum regulam beati Benedicti nolebant deſtruere lib.i. Item Collectaneum de ſententijs diuinorum librorum.xl. Digeſtum capitulis. Quæſtio cognationis cõmixtio & ars Magica ſit euitanda lib.i. De pœnitentia legittima & ſpe et indulgentia. De Canonibus diuerſorũ conciliorũ diuerſa continens capitula lib.i. De cathedrãdis rudibus et fidelibus in uera religione inſtruẽdis lib.iii. Hęc omnia ipſe idẽ ſcripſiſſe ſe aſſerit. Alia adhuc opuſcula in manibus habere ſe refert.

Remigius Altiſiodorensis Epiſcopus uir in exponendis ſcripturis diuinis mirabilis & ſtudioſus Arnulphi Regis Francorum temporibus cognitus.

Solon Athenieñ. unus de.vii. Græciæ ſapientibus multas utiles & ſaluberrimas leges Atheñ. ſcripsit. Tarquinij Romani Regis temporibus fulgens. Quas poſt longum tempus Romam ab Atheñ. in.x. Tabulis acceperunt. Scripsiſſe & alia multa laudabilia et situ digna in.v. millibus carminum traditur. De quibus aliqua per illos, qui de uita Philoſophorum ſcripſerũt collecta referuntur. Phisiſtrati Tyrannidem fugiens

Cypri ſenectutem exegit ubi & uiuendi finem fecit. Moriens autem cum aßidentes amicos ſermocinantes audiret fato iā preſſum caput erexit. Interrogatuſq; cur nam id feciſſet, inquam, ut cum id, de quo diſpu= tatis didicero, moriar.

Simonides poeta Græcus multa ſcripſiſſe in Græ= co creditur, ſed eius opera in noſtris bibliotecis non habentur, aliqua tamen eius dicta & ſententiæ à Va lerio Maximo, Cicerone, et aliis qui de moribus philo ſophorū ſcripſerūt referuntur. Tulii Hoſt. tpe notus.

Sophocles Athenieñ. poeta Tragicus uſq; ad ex= tremam ſenectutem, ut ſcribit Cic. Tragœdias fecit. Quarum titulos & nomina Græci Codices noſtri ue ro non tenent. Scriptores tamen noſtri aliquas, ut Cantem & Electram nominant. Hic, ut ait Valerius, Centeſimum propè annum ætatis agens in certamen Tragœdiam miſit, cunq; ancipiti ſententiarum euen= tu diu ſolicitus, una tandem ſententia uictor, mortis tamen gaudium habuit. Cyri prioris, & per ea tem= pora agnitus eſt.

Socrates Thebanus Archelai diſcipulus philoſo= phiæ parens, ut inquit Cicero, Ethicæ autem inuētor fuiſſe perhibetur, & in ea libros. xiiii. ſecundum poſi tiuam iuſtitiam ſcripſiſſe traditur. Hic & ſi Mammo rareo patre & Obſtetrice matre editus fuerit ad glo riæ tam clariſsimum lumen exceßit, ut non ſolum ho= minum conſenſu, ſed & Apollinis oraculo ſapientißi mus iudicaretur. Primus enim eruditos uiros menſu= ras Solis & Lunæ cæterorumq; ſyderum explicare conantes, orbis etiam totius ambitū cōplecti audentes

ab indoctis

ab indoctis auertit erroribus. Sub Artaxerſe ſecũdo ueneni hauſtu in carcere ſeptuagenarius extinctus eſt. Is ſeneſcente iam corpore tractandis fidelibus dedit operam, ſacrum iudicans artis illius uſum melius ſero, quam nunquam percipere.

Sapho poetrix mulier ex minore Aſia Saphica metra prima inuenit & ſcripſit. Sed ſcripta eius in noſtris non habetur Codicibus, agnita eſt Sedechiæ Regis Iuda & Tarquinij Priſci temporibus.

Salluſtius Criſpius Romanus ex nobili Criſporum familia Romanas eleganti ſtylo ſcripſit hiſtorias, ſed harum Codices apud nos non ad plenum habẽtur. Scripſit & bella Catilinæ & Iugurthæ cum Romano populo geſta, quæ paßim habentur. Item contra Ciceronem inuectiuam quę paßim habetur. Triumuiratus tẽpore moritur. Bachanalia etiam condidit, teſte Macr.

Strabon Capadox Pompeiana contra Iudæos expeditionem & Gabinianam proſecutus eſt, quas & Nicolaus Damaſcenus ſcripturæ mandauit nil unus alio amplius exponens, ut refert Ioſephus.

Seruius Sulpitius Romanus Iuriſconſultus primũ in cauſis orandis tantus fuit, ut haud dubie poſt Marcum Tullium ſecundũ locum obtineret, hic poſtmodũ ad ius Ciuile ſe conferens iuri tantum operam dedit, ut magiſtrorum ſuorum libris afferret lucem, & ipſe centum ferè, & .lxxx. componeret. Miſſus Mutinam Legatus ad Antoninũ in legatione diem functus eſt. Corpus enim Romam delatum publico curatur ſumptu & ſtatua. Huius Cicero in Philippicis elegans, & ſummum perhibet teſtimonium.

Straton Teophraſti diſcipulus philoſophicus nuncupatus lib.de Nat.Deo.reliquit,ut ſcribit Cicero.

Sylla rerũ à ſe geſtarũ lib.cõpoſuit,ut Priſ.refert.

Silon res & geſta Annibalis diligentiſsime proſecutus eſt,Cicerone teſte.

Scipio Aemilius qui Africanus ſecundus fuit orationem edidit cõtra legẽ Iuditiariã Tyberij Gracchi.

Sabinus Clodius declamationes compoſuit Latinas & Græcas.

Scaurus Orator orationes et lib.in Rhet. cõdidit.

Siſſerna libros hiſtorium dedit, ut Priſcianus auctor eſt.Item de Agricultura tractauit.

Seuerus Caſsius Rhetor et declamator, multas reliquit declamationes,teſte Seneca.

Seneca Hiſpanus gente patria Cordubeñ.uir continentiſsime uitæ eleganti ſtylo uolumina inſignia tradidit.De naturalibus quæſtion.lib.viii.De Ira lib.iii. De beneficijs lib.vii. De clementia ad Neronẽ lib.ii. Ad Elbiam matrem lib.i. Ad Martiam de conſolatione lib.i. De beata Vita lib.i. De breuitate Vitæ lib.i. De Prouidentia lib.i. De Tranquillitate animi lib.i. Quod in ſapientẽ nõ cadit ira, neq; contumelia lib.i. De conſolatione ad Pollionẽ lib.i. De quatuor uirtutibus libellnm unum. De paupertate lib.i. De moribus lib.i. De remedijs fatuitorũ lib.i. Tragœdiarũ lib.x. Declamationum lib.ix. Epiſtol.ad Lucilium lib.xxii. Epiſtolas etiam ſcripſit ad beatum Paulum. Scripſiſſe fertur & librum de immatura morte. Item de ſententijs diuerſorum oratorũ. Item de artibus liberalibus. De matrimonio, De terremotu. Cõtra ſuperſtitiones.

Brennio antequam Petrus & Paulus paterentur à Nerone occiſus eſt.

Seuerus Imperator uitã ſuã in ſcriptura redegit.

Suetonius Leuis Suetonij Tranquilli pater Lutij Othonis Imperatoris, qui Galbæ ſucceſsit uitam ſcripſit & tempora. Item librũ de Inſtitutione oſſeruata. Item librum prætorum. Eiuſdem Othonis tempore.

Solinus de mirabilibus mundi lib. eleganti & florido ſtylo compoſuit. Item librum collectanearum.

Suetonius Tranquillus Suetonij Lenis filius duodecim primorum Cæſarum uitas geſta moreſq; conſcripſit Traiani & Adriani tẽporibus agnitus. Item lib. de Luſibus puerorũ. Item de uitiis corporalibus.

Sempronius Aſella, ut Policratius refert, Romanam ſcripſit hiſtoriam.

Statius Toloſanus Romæ, ſub Nerone Rhetoricam florentiſsime docuit. Deinde ſe conferens ad poeticam Thebanũ bellum. xii. diſt. uol. Heroico, & elegãti metro deſcripſit. Achillis deinde pueritiã alio libello expreſsit. Opus primũ Thebanis, uel Thebaidos ſecundum Achilleis, uel Achilleidos inſcribitur.

Statius ualens Traiani, & Alexandri Imperatorum uitas & tempora ſcripſit.

Septimius Alexandri eiuſdẽ geſta et tpa tradidit.

Suetonius Optat. Taciti princ. geſta deſcr. et uitã.

Salimius Iulianus Edictum perpetuum compoſuit, ſub Adriano principe, cuius fuit Conciliator.

Salinus ualẽs I. C. Antonini Pii tpe leges cõdidit.

Sceuola I. C. Antonini eiuſdẽ prçceptor, atq; conſultor uariarũ qõnũ edidit li. Itẽ rñſoriũ. Itẽ digeſt.

Sabinus Iuriſconſultus leges cōpoſuit Alexandrī Imperatoris tempore cuius fuit ſocius & conſultor.

Seruius Grāmaticus Cōmentū edidit ſup Donatū. Itē ſuper Verg. Bucolicon, uidelicet Geor. et Aenei.

Statius Tullianus librum de uocabulis compoſuit. In quo recitat ille, Calimachum dixiſſe, Tuſcos Camillum appellaſſe Mercurium, quo uocabulo ſignificat præminiſtrum Deorum.

Samonetis Serenus, ut tradit Macrobius, Lyrico metro rerum conditarum tradidit libros Gordiano Imperatori Iuniori. Cui moriens bibliotecam ſuam dereliquit, in qua .lxxii. millia uolumina reperta dicūtur, ut Iulius Capitolinus in uita Gordianorum ſcribit.

Secundus philoſophus ſilentium ſeruans Adriano Imperatori ſcripto ſuo, ad interrogata quæq; reſpondit, Cauſam ſilentij in uita ſua tradidit.

Sergius Galba Romanus nobiliſſimus de gēte Sulpitia Galbę Imperatoris auus non incurioſam ut Suetonius Tranquillus refert texuit hiſtoriam.

Satyrus Virorum Illuſtrium ſcripſit hiſtorias.

Symmachus Patritius Boetij Socer Epiſtolarum librum elegantem ſubdidit, multa continentem utilia.

Serapion Anthiocen. Epiſcopus edidit librū quem de Euangelio Petri intitulauit. Scripſit & ad Carinū et Pontium Epiſtolam de hæreſi Montani, et alias pleraſq; ſparſim auctoritatē ſuā et uitā continentes. Sed et ad Doninum quendam qui perſecutionis tempore à fide Chriſtiana deuians ad ſuperſtitionē Iudaicā declinauerat eius extat inſigne uolumē, ſub Comodo ptinace Iuliano Seuero atq; Baſſiano principibus clarēs.

Sextus librum de Reſur. tradidit Seueri ſub Imp.

Serapion Timęus Epiſcopus uir elegantis ingenij ad Manichæũ uolumen ſcripſit egregiũ. De pſalmorũ titulis aliud. Epiſtolas inſuper ad diuerſos utiles ualde. Sub Conſtantio principe fidei cõfeßione inclytus.

Sophronius uir eruditißimus puer adhuc Bethleemice ciuitatis laudes ſcripſit, et poſtea de eius ſubuerſione librum compoſuit. Item de uirginitate ad Euſtochium. Hilarionis Monachi uitam. Beati Hieronymi opuſcula elegantißime ex Latino conuertit in Græcum. Pſalterium & Prophetas, quæ Hieronymus ex Hebræo in Latinum tranſtulerat uertit in Græcum.

Seuerianus Canelicenſis Epiſcopus in ſcripturis diuinis eruditus, & in Homelijs declamator eximius expoſuit Epiſtolã Pauli ad Galathas. Et de Baptiſmo & de Epiphaniæ ſolennitate libellum inſignem obtulit. Hunc, ut Genadius, Ioannes Conſtantinopolitanus & Archadius Imperator frequenter Conſtantinopolim uocabant, ut eius ſermones audirent.

Sabatius prouinciæ Gallicanæ Epiſcopus à quadã caſta & Deo dicata Virgine aduerſum Martionẽ, et Valentinum eius auctorem, contraq; Eunomium & Aethium magiſtrum ſuum elegantem librum compoſuit, in quo potenter diuinarum ſcripturarum teſtimonijs illorum confutauit errores.

Siagrius librum ſcripſit de fide aduerſus hæreticorum præſumptuoſa uocabula, ſanctæ Trinitatis nomina mutantia, dum inquiunt patrem non debere dici patrem rerum. Sub huius Siagrij nomine ſeptem de fide, et regulis fidei intitulatos libros inueniſſe ſe re=

ſcrt Genadius, ſed propter linguę uarietatē illius eſſe non credidit. Martiani tempore agnitus eſt.

Saluianus Maßilieñ. preſbyter diuinis humaniſq; eruditus literis Scolaſtico & operto ſermone, multa ſcripſiſſe traditur, hunc Genadius magiſtrum Epiſcoporum nuncupat, & de ſcripturis ſuis ſe legiſſe teſtatur. De uirginitatis bono ad Marcellū lib. iii. Aduerſum auaritiā lib. iiii. De præſenti Iudicio lib. v. Ad Salomum Epiſcopum lib. i. Expoſitionū extremæ partis lib. Eccleſiaſt. ad Claud. Epiſ. Vieñ. lib. i. Epiſt. lib. i. De principio Geneſis uſq; ad hominis conditionē Græcorū more uerſu quaſi exameron lib. i. Homeliarum quantitas non recordatur. Viuere eum ſuo tempore in ſenectute bona refert, primo Anaſtaſio imperante.

Samuel Edeſſenæ Eccleſiæ preſbyter, multa aduerſum Eccleſiæ inimicos, intentione tamen præcipua cōtra Neſtorianos & Timothianos Syro ſermone ſcripſiſſe, tradit Genadius, huncq; apud Conſtātinopolim incaruere uiuere, & ſcripta eius ſe teſtatur agnouiſſe, primo Anaſtaſio imperante.

Seruus Dei epiſcopus aduerſus eos, qui dicūt Chriſtum in hac uita manentem patrem carneis oculis non uidiſſe, ſed poſt Reſurrectionem & aſcenſum in Cœlum, elegantes libros fecit, imperante Iuſtino.

Seuerus preſbyter cognomine Sulpitius prouinciæ Aquitaniæ uir genere & literatura nobilis Epiſt. ad Dei amorē, et mūdi contēptū ſcriptas, ſcripſit hortatorias. Sorori ſuæ multas quę notę ibi eē dñr. Ad Paulinū Nolañ. Epiſ. ſcripſit duas, ſed & alias plurimas q̄ nō uulgātur, qa familiaris neceßitatis rē cōtinēt.

Cronicā ēt cōpoſuiſſe dicitur. Beati Martini uitā ſignis et miraculis illuſtrē edidit, ſub maiore Theodoſio. Poſthumiani & Gallij collationē ante ſe habitam. Et Dialogorum lib.iii. ut Helmiandus docet.

Secundus Tridentinus, Longobardorum uſq; ad tempora ſua ſuccinctam texuit hiſtoriam.

Sixtus Rom. urbis Epiſ. Cœleſtini ſucceſſor Occidentalium Epiſ. ſentētias Neſtorii dānantes errorē, Oriātalibus direxit Epiſ. inſigni contētas uolumine.

Socrates uir nitidi limatiq; ſermonis Eccleſiaſ. hiſtoriæ à principio magni Conſtantini uſq; ad Leonem primum elegans ſcripſit uolumen. Aduerſus etiā Arrianos Simannanos Apollinariſtas Neſtorium, & Suticem, multa ſcripſiſſe traditur.

Symmachus Senatorii ordinis uir Romani eloquii eruditione mirabilis Maximi Tyrāni, qui ſub Theodoſio primo ſurrexerat, ſcripſit laudes eaſq; publicæ recitauit, ob quæ maieſtatis reus cenſebatur. Sed cum à Pio principe abſolui meruiſſet Apolog. lib.i. ſatisf. eidē principi ſcripſit, ut in Tripartito legitur lib.ix.

Sedulius preſbyter Euangelicam traditionem Heroico metro eleganti ſtylo compoſuit.

Sydonius Aruerin̄. Epiſc. Epiſt. grāde uolumē ad diuerſos Strabo, ſed erudito ſermone cōdidit. Itē Panigirica metrica Anchemio Auguſto Maioriano Auguſto Auito Imper. ſocero ſuo. Scripſit & cauſarum lib.i. Item lib. excuſatorin̄ ad uirum clarum Fœlicē. Epitolamium Ruricon & Hibiem. Epigrāma ad uirum clarum Catilinum. Epigramma ad Imperatorem Maiorianum. Epitalamium Polemio, & Araneole.

Encariſton ad Fauſtum Epiſcopum. Epigrammata. v. ad diuerſos. Propention ad librũ ſuum. Burgum Pontij Leontij. Laudem Narbonenſis urbis & Ciuium. Iuſtini primi tempore fulſit.

Sigibertus Monachus Gemblaceñ. Cronicam ſcripſit temporum inchoans, ubi beatus terminauit Hieronymus, ſcilicet poſt mortem Valentis & principum Gratiani Imperatorũ, Anno uidelicet Dominicę Natiuit. lxxix. ſub Henrico. v. lucem finijt.

Srabus Rabani diſcipulus ſuper Pentateucho edidit Commentarios.

Sozomenus uir eloquio clarus Eccleſiaſticam deſcribens hiſtoriam à principio Conſtantini Magni initium ſumens uſq; ad Theodoſii Minoris templa polito ſermone deduxit.

Salomon Rex Iſrael filius Dauid Prouerbiorum ſiue Parabolarum librũ edidit. Eccleſiaſten. Librum Sapientię. Cantica Canticorum. Eccleſiaſticus ex dictis ſuis compoſitus traditur. De hoc ſic ſcribit Ioſephus. Compoſuit autem libros de Canticis & Modulationibus uerſuum quinq; millium Parabolarum uero atq; ſimilitudinum tria millia per unumquodq; enim arboris genus Parabolam dixit ab Hiſopo uſq; ad Cedrum. Eodem modo & de Iumentis, & reliquis terrenis, necnon & aquatilibus, & aereis animalibus diſputauit, nullã nanq; naturam ignorauit neq; in examinatam prӕterijt, ſed de omnibus philoſophatus eſt, & diſciplinam proprietatemq; eorum eminentẽ expoſuit. Prӕſtitit autem ei Deus, ut contra Dӕmones ad utilitatem hominum, artem, & eorum curas adi-

ſceret, & incantationes inſtitueret, quibus ægritudines ſolent mitigari, modos etiam coniurationũ quibus obſtricti dęmones ne denuo redeãt effugãtur inuenit. Quę cura apud Iudęos multũ pręualuiſſe dignoſcitur.

Tales philoſophus Aſianus de ſeptem Græciæ ſapientibus, multa in philoſophicis, Aſtrologicis, et phyſicis ſcrutatus eſt. Scripſit autem de conuerſione & ęquinocio, de Eclypſibus Solis et Lunæ, de naturis rerum, & alia multa, quæ ad Aſtronomiæ ſententiam pertinent. De mundi etiam creatione tractauit. Multa etiam dicta et reſponſa eius utilia et memorabilia referuntur. Claruit autem Aſtiagis Perſarum Regis tempore, ut ſcribit Cicero.

Terentius Carthagineñ. poeta Comicus ſcripſit Andriam. Adelphos. gimichum. Heuphthonti meromenon. Aechirã. Formionẽ. Africani prioris tp̄ibus.

Teophraſtus Leſbius philoſophus Ariſtotelis diſcipulus et auditorij eius ſucceſſor, librum de Diuitijs condidit. De nuptiis. De Republica uberrime tractauit. Item de Diis. De natura etiam ſtirpiũ omnium rerum, quæ extra gignuntur cauſas atq; rationes ſcrutatus eſt, ut refert Tullius, & Varro. Librum etiam de beata uita. Itẽ de Legibus, ut tradit Ioſephus. Sub primo Ptolemæo laudibus pollens.

Theodorus Cyrenaicus de Natura Deorum tractando Deorum naturam ſuſtulit.

Theopompus Socratis diſcipulus ex Minore Aſia hiſtoriarũ lib. cõpoſuit. In quibus, ut refert Ioſ. nolens aliquid de Lege Dei ſcribere, mente ultra dies. xxx. captus eſt, ſed à Deo ueniam poſcens ſenſum recepit.

Turpillus poeta Comicus Patemſam ſcripſit Comœdiam, ut Priſcianus docet.

Teotectus Tragœdias ſcribens cum in hiis aliqua de hiis, quæ in diuinis cōtinētur libris uellet inſerere luminibus captus eſt, ſed cauſam ſuæ cœcitatis agnoſcens Dei miſericordia liberatus eſt, ut tradit Ioſeph.

Timagenes Aegy. geſta hiſtoriarū lib. explicuit.

Timæus Græcorum & Perſarum res geſtas ſcripturæ teſtimonio prodidit.

Thucidides in initio belli Pelopoñ. florens cū ingēti laude illorū tpm ſcripſit hiſtorias, ut ait A. Gelius.

Theodotus poeta Tragœdiam dedit, quæ inſcribitur Mauſolus.

Tarquinius Priſcus Quintus ex Romanis Regibus, ut tradit Mocrobius, librum tradidit, quem oſtentarium arborarium dixit.

Timotheus poeta Græcus, Græca lingua Poemata condidit.

Tubero libros Annales Romanarū obtulit rerum.

Thucidianus libros de Magiſtratibus condidit.

Tullius M. Cic. Arpinas uir in toto orbe mirabilis philoſophus inſignis Orator nulli fœcūdus tanta ſcripſit quanta legere non leue ſit. De quibus aliqua tradam. De amicitia lib. i. De ſenectute lib. i. De paradoxis lib. i. De officiis lib. iii. De diuinatione lib. ii. De oratore lib. iii. Quartus Brutus. Quintus orator. De Nat. Deo. lib. iii. De Fato lib. i. De tuſcul. qōnib. li. v. De legib. li. iii. Philippicarū lib. xiii. Inuectiuarū lib. Quia phia uir bonus efficitur et fortis li. i. De laudib. phiæ ad Hortē. lib. i. De gloria li. ii. De Acad. li. iiii.

De Repub.lib.vi. De rūſtis auruſpicū lib.i. De prono=ſticis lib.i. Topicorū lib. De Agricultu.lib. De crea=tione mundi lib. De partitione orationis lib.i. Verena=rum lib. De Iuſtitia et Iure naturali li. De cōſiliis lib. De re militari lib. De cōſolatione lib.i. De laude Ca=tonis lib.i. De finibus bonorū et malorū lib.v. Aratū ex Græco in Latinū cōuertit ſermonē. Rhetoricæ ue=teris lib.ii. Rhetoricæ nouæ lib.v. De ſupplitiis lib.i. Hiconomicū. De ſynonimis. De auguralibus lib.i. De cōſolatu ſuo quē ſcripſit in Græco. De ſignis. De lu=ctu minuēdo lib.i. Scripſit et Epiſt.lib.ad Corneliū ne=potē ſuū. Ad Caluū. Ad filiū. Ad Panſam. Ad C. Caſ=ſiū. Ad Axiū. Ad Brutū lib.i. Ad Quintū Ciceronē fratrē lib.iii. Ad Atticū lib.xvi. Orationes ēt quarū neſcitur numerus, ſed de innumeris aliquas. Pro M. Marcello. Pro Quinto Ligario. Pro Rege Deiotaro. Pro Fundanio. Pro Vareno. Protagorā. Frumētariā. Concionē Metelli. De Imperio C. Pompei. De prætu=ra urbana. Pro domo ſua cū populo gratias egit. Cum ſenatui gratias egit. Pro Milone. Pro Cecilio. Pro Ce=cinna. Pro Cornelio, Pro Roſcio. Pro Cluentio. Pro Scauro. Pro Piſone. In M. Antonium. Pro Lucio Flac=co. Pro Sextia. Pro Plancio. Pro Valerio Flacco. Pro M. Tullio. Pro Murena. Pro Gallo. Contra Clodium grauitatis pleniſſimum, ut ipſe idem in quadam Epi=ſtola ad Atticum atteſtatur. Contra cōpetitores. Pro Syculis. Pro Sardis. Hiconomicum Xenophontis, Pla=tonis, Pythagoram, Demoſthenis, Teſiphontem, ex Græco in Latinum conuertit eloquium. Poema quod ad Cæſarem inſtituerat miſiſſe ſe dicit.

Titus Liuius Hiſtoriographus inſignis Romanorum res geſtas ab aduentu Eneæ in Italiã uſq; ad Tyberium Imperatorem eleganti ſtylo contexuit. Patauij in patria propria defunctus eſt annum agens prope.lxxx. Tyberii Cæſaris anno.iiii.ut Euſebius, & Hieronymus tradunt. In cuius modico lapideo tumulo ſic legitur. V.F.T. Liuius, Liuię.t.f.quartæ.l.halis concordialis Patauij ſibi et ſuis omnibus. Sub Auguſto principe ingenti præconio celebratus eſt, & nunc etiam præcipue celebratur.

Trogus Pompeius uir literaturę mirabilis à uotonciis maioribus ſuis originẽ ducẽs in ultimo operis ſui uolumine refert inquiẽs proauum ſuum Trogum Pompeium Sertoriano bello ciuitatem à C. Pompeio percepiſſe patruum Mithridatico equitum turmam ſub eodem duxiſſe, pacone uero ſub C. Cæſare militaſſe Epiſtolarum, ac legationũ ſimul & anuli curam habuiſſe. Hic à Nino Aſſyriorum ſecundo Rege inchoans omnium ſeculorum, Regum, nationũ, populorum, res geſtas, uſq; ad Monarchiam Cæſaris elegantis eloquij flumine Latino ſermone deduxit.

Tamiſius Gemitius temporum Iulii Cæſaris geſta deſcripſit, ubi dicit, Nundinarum diem exactis iam Regibus celebrari cœpiſſe.

Tyberius Imperator ſcriptis uitã redegit ꝓpriã.

Teoclius Cæſ. Iulii uitã ſcripſit et tp̃a. Itẽ Aurel.

Tundulus Gallicanus Probi Imp. geſta cõſcripſit.

Triuellius Pollio à duobus Philippis patre, ſcilicet et filio Romanis Imperatoribus ſumens initium, principum omnium ſequentium uſq; ad Claudium et Clau=

dii ipſius uitam & geſta luculenti ſtylo contexuit.

Tubero Iuriſconſultus Offilij auditor Patritius fuit, & à cauſis agendis ad Ius Ciuile tranſijt, poſtq̃ Quintum Ligariũ accuſauit, nec obtinuit apud C. Iulium Cæſarem à Cicerone defenſum. Vir fuit doctiſsimus Iuris publici & priuati utriuſq;, qui plurimos reliquit commentarios ſermone uſus antiquo.

Triphonius Iuriſconſultus Papiniani diſcipulus diſputationum libros edidit Alexandri Imperatoris tẽpore, cuius fuit conſultor.

Trebatius librum compoſuit religionum, in quibus ait, Nundinis magiſtratum poſſe manumittere uindictaſq; dicere.

Titus Imperator cauſas Latinæ egit & Tragœdias Græcæ compoſuit.

Traganus Imperator, ut Priſcianus refert librum condidit Datiarum.

Teotiſtus Priſciani præceptor lib. in Grãm. fecit.

Terentianus Grammaticus librum compilauit de ſyllabis. Item de literis.

Titimus hunc Priſcianus in Ferẽtinati teſtem inducit. Item in Barbato. Item in Gemma uel Genaride.

Toem Græcus librum ſcripſit Imaginum. Item figurarum trium ſcriptuum, qui dicuntur principes in quatuor angulis mundi, ut ſcribit frater Albertus.

Thebit Aſtrologus compoſuit librum, qui incipit, Imaginabor ſphæram. Item librum de diffinitionibus, qui incipit, Aequator. Item librum de Imaginibus, qui incipit, Dixit Thebit.

Tazael condidit librum magnum de Inſtitutioni-

bus, qui incipit, In prima huius proœmij parte.

Titus libros de Ferijs ſcribens Nundinarum dies non inter Ferias retulit, ſed ſolēnes tantum uocauit.

Tuca poeta & Varro poſt Vergilij mortem Auguſto iubente Aeneadem correxit lege data nequid adderent, ſed ſiquid eſſet ſuperuacuum demerent.

Titianus Titiani Senioris filius Maximini Iunioris in Oratoria arte præceptor pulcherrimos prouinciarum edidit libros, dictuſq; eſt ſui temporis Simia, quia cuncta eſſet imitatus.

Theocritus poeta Siculus Bucolica cōdidit. Quem ut dicit Seruius, imitatus eſt in ſuis Vergilius.

Tertulianus Iuriſconſultus libros compoſuit quæſtionum. Item de Caſtrenſi peculio.

Teophanes Mitilenus res geſtas Pompei Magni ſcriptas poſteris tradidit, ob quas Pompeius eum in concione militum ciuitate donauit, & accurata oratione proſecutus eſt Valerius.

Teophilus Ruſt. rerū cōpoſuit lib. ut Var. tradit.

Tatianus uir eruditiſſimus contra Gentiles libros edidit florentiſſimos & dignos memoria. Hic Orator inſignis ex arte Rhetorica non paruam ſibi parauit gloriā Iuſtinūq; ſectatus martyrē quouſq; ei adhęſit, in Eccleſia Dei floruit. Demū propter timorē electus eloquentiæ, nouam Eucraticorum dicitur conſtituiſſe hæreſim, quam Seuerus auxit, cuius ſectatores Seueriani dicti ſunt. Multa & alia fertur condidiſſe uolumina. Sub Marco Antonino illuſtris.

Theodorus Mopſuetanus hæreticus cuius hæreſis in ſancta quinta Synodo dānata eſt, aduerſus impium

Apollinarẽ libros edidit. Super Euang. beati Ioanns cõmenta compoſuit. Item in Actibus Apoſtolorũ. De Incarnatione condidit libros. Super Lucam cõmentatus eſt. Super libros pſalmorũ expoſitiones fecit. Contra Simiſtaſtas et Apollinariſtas ſcripſit. Super Symbolo. cccxviii. patrum in Nicena Synodo edicto interpretationes compoſuit. Super Epiſt. ad Hebræos commentatus eſt. Ad baptizandos libros tradidit. Super Euang. Matthæi libros ſcripſit. Itẽ de creatura. Item de Framea & Cherubin. De reprobatione lib. Iob, & ſcriptorum eius. Item de reprobatione Cantica Canticorum. Sceleratum etiam et nepharium cõpoſuit Symbolum. Sub Theodoſio Iuniore deceßit.

Teophilus Anthiocenæ Eccleſiæ Epiſcopus. vi. tres inſtitutionum libros ad Antolicum ſcripſit. Aduerſum Hermogenis hæreſim alium. Extant eius & alii elegantes ad ædificationem pertinentes Eccleſię. Compoſuit & contra Martionem uolumen unum. Super Euangelio & Prouerbia Salomonis cõmentarios legiſſe ſe beatus tradit Hieronymus, qui cum ſuperiorum elegantia non uidentur ſibi congruere. Marci Antonini tempore fulſit.

Theodotion Epheſius translationem tertiam ſanctarum ſcripturarum de Hebræo in Græcum, ſub Comodo Antonino Imperatori conuertit eloquium.

Teophilus Palęſtinę quę quõdã Turris Stratonis dicebatur Epiſco. cũ cæteris Epiſco. ſynodicã et utilẽ ualde aduerſum eos, qui Luna. xiiii. cũ Iudæis faciebant Paſcha. Cõpoſuit Epiſt. Seuero ſub principe.

Timotheus Epiſc. de Natiuit. Domini cõpoſuit lib.

Timotheus alter extincto ab Alexandrinis Prothero eorum Epiſcopo contra legem, in locũ eius ſuffectus eſt. Hic, ut ſcribit Genadius, ad Leonem Imperatorem libellum ſcripſit ad modum ſuaſorium, quem prauo ſenſu peruerſiſq; teſtimonijs roborare conatus eſt ad eo, ut ferè Leonem Romanæ urbis Pontificem & Calcedoñ. ſynodum, ac omnes Occidentales Epiſcopos Neſtorianos oſtenderet, ſed à Calcedonenſi concilio confutatus & Eccleſiæ hoſtis argutus & in exilium actus hęreſiarchos habetur. Librum hunc Genadius rogatus à fratribus in Latinum conuertit ſermonem cauendumq; prætitulauit fidelibus.

Theodorus Cyriæ ciuitatis à Cyro condito Epiſcopus, multa ſcripſiſſe dicitur. Sed ad notitiam ſuam ſolum quæ ſequuntur Genadius perueniſſe teſtatur. De Incarnatione Domini aduerſus Euticem preſbyterum & Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum dicta Fortia. Item Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros imitatus Euſebium. Et à fine librorum eius incipiens uſq; ad Leonis ſenioris tẽpora deduxit, ſub quo et uitę finẽ dedit.

Theodorus alter preſbyter in Cœleſtia, multa ſcribere dicebatur, è quibus lib. i. ſe legiſſe ſcribit Genadius, quem de Conſonantia ſcripturæ diuinæ noui, uidelicet & ueteris teſtamenti aduerſum antiquos hæreticos aſſerentes, alium eſſe Deum ueteris teſtamenti, alium noui compoſuit.

Triphon Origenis auditor uir in ſcripturis eximius optimum compoſuit librum de Vacca Ruffa, de qua in Deuterono. legitur, & de Columba, & Turturæ Abrahæ, quæ ponuntur in Geneſi. Extare dicuntur

cuntur eiuſdem ſparſim alia plura opuſcula ab ipſo edi
cta Alexand. Maximini & Gordianorum tẽporibus.

Theodorus qui poſtea Gregorius dictus eſt Neoce
ſariæ Ponti Epiſcopus Origenis diſcipulus ad Orige-
nem ſcripſit Panegiricum, quem eo præſente uocata
multitudine recitauit. Super Eccleſiaſticẽ opus breue
ſed utile protulit. Vulgo & aliæ eius feruntur Epiſt.
ſed præcipue ſigna eius & miracula cum laude Eccle
ſiæ perhibentur Valeriani & Galleni tpibus fulgẽs.

Theodorus alius Eracleæ Thratiarũ Epiſc. Cõſtã
tino ſub principe in Matthæũ, Ioannẽ, Paulũ, & pſal
teriũ elegãtis apertiq; ſermonis edidit cõmentarios.

Triphilus Cypriledreñ. ſeu Leucontheon Epiſco-
pus uir ætatis ſuæ eloquentiſſimus, & ſub Conſtantio
celebris in Cantica Canticorum Commentarios edi-
dit, multaq; alia eiuſdem referuntur, quæ nondum ad
beati Hieronymi de Venere manus.

Titus Boſtrenus Epiſcopus aduerſum Manichæos
fortiſſimos ſcripſit libros. Sub Iuliano et Iouiano prin
cipibus uixit. Moritur ſub Valente.

Tibianus gente Beticus ſuſpicione hæreſis, de qua
cum Priſtilino accuſabatur Apologeticum tumenti,
& compoſito ſermone compoſuit, ſed poſt ſuorum ce
dem tædio metus exilij mutato propoſito, ut Canis re-
uerſus ad uomitum filiam propriam Chriſto deuotam
uirginẽ ſibi matrimonio iũxit Theodoſii primi tpibus.

Theotimus Thomorum Scythiæ Epiſcopus in Dia
logorum morem et eloquentiæ ueteris Cõmaticos bre
ueſq; tractatus edidit. Scribere & alia audire ſe bea-
tus inquit Hieronymus.

Theodorus Pathonij Abbatis ſucceſſor de concordia & unitate, & de permanendo in propoſito cordis & ſtudij exhortatorias ad alia monaſteria ſcripſit Epiſtolas Theodoſij primi temporibus.

Theodorus Anthiocenæ preſbyter Eccleſiæ uir ſcientia clarus & lingua diſertus aduerſum Apollinariſtas et Anomeos.xv.de Incarnatione Domini cõpoſuit libros, ſed primo florens Theodoſio.

Teophilus Alexandrinus Epiſcopus aduerſus Origenem grande ſcripſit uclumen, in quo ipſum & omnia ferè ſua pariter damnat docens illum à ſanctis patribus & corde maxime fuiſſe à preſbytero eiectum Eccleſia pulſum urbe fugatum. Scripſit et contra Antropomorphitas hæreticos aſſerentes Deum humanã effigie & membris conſtare humanis eos diſputatione confutans longiſſima. Tres libros ſub illius nomine inſcriptos ſe legiſſe, ſed eis non multũ credidiſſe propter ſtyli diſſonantiã, tradit Genadius. Paſchalẽ etiã.

Theodorus Anciranus Epiſcopus Gallatiæ aduerſus Neſtorium redargutionis & confutationis edidit librum Dialectica arte ordinatum, multis utens aſſertionibus anteq̃ ſcripturarum poneret teſtimonium.

Titonius Afer diuinis literis & ſecularibus eruditus lib.iii.de inteſtino bello cõpoſuit. Regulas ad inueſtigandam & inueniendam intelligentiam ſcripturarũ quas octo concluſit uolum. tradidit. Expoſuit ex integro Ioannis Apocalypſim ſub Arcadio florens.

Tertulianus preſbyter Carthagineñ. uir, ut ſcribit Euſebius, inter ſcriptores noſtros nobiliſſimus & ad modum clarus legumq; et Romanarum inſtitutio=

num peritiſſimum Apologeticū aduerſum gentes pro noſtra fide compoſuit. Inuidia tandem & contumelia clericorum Romanę Eccleſiæ ad Montani dogma delapſu uolumina aduerſus Eccleſiam texuit. De pudicitia. De perſecutione. De ieiunijs. De Moneganna. De extaſi libros.vi. & .vij. contra Apollonium. Item contra Praxeam. Item contra Iudæos. Vſq; ad decrepitā uixiſſe traditur, multaq; cōpoſuiſſe opuſcula, quę nō extāt, ſub Seuero nituit et Caracalla principibus.

Vergilius Maro Mantuanus poeta Latinorū prę-cipuus nullius diſciplinæ expers ſub Ptolemęo Dionyſio natus eſt ſub Auguſto claruit. Anno ętatis ſuę tertio & quinquageſimo. Imperij uero Auguſti.xxv. Brunduſij in fata conceſſit. Scripſit autem in iuuenilibus annis. Priapeiam. Moretum. Culicem. Cirinā. Cataleptim. Epigrāmata. Coppam. Diras. Aethnam. De Roſis. Annis uero adoleſcentibus ſcripſit. Bucolica. Georgica, & Aeneida.

Valerius Maximus Romanus uir inter facundiæ ſcriptores Romanæ eloquētiſſimus, memorabilia Romanorū, Græcorū, aliorūq; uirorū illuſtriū dicta, geſtaq; elegāti ſtylo nouē libris in cluſa pſtrinxit Auguſti fulgens tpibus, atq; Tyberij Roman. principū.

Valerius Antias Rom. ſcripſit hiſto. Et anno.v. ſecundi belli Punici. Q. Fabio Maximo, M. Claudio conſulib. legatos Annibalis ī mari captos Romā deduxit.

Veranius Pōtifi. cōpoſuit lib. de ſupplic. in quo ſic ſcriptum eſt puniātur, qui nouiſſimi Cōmeſo Prandio ueniſſent, cum iam manus Pranſores lauarēt. Itē lib. de Pontifi. ubi ſic fœlices arbores eſſe putantur &c.

Verrius Flaccus librum edidit, qui Saturnus inſcribitur, in quo ſic Saturnaliorum dies apud Græcos quoq; feſti habentur &c.

Velius longus Verg. cōmētatus eſt, ut ait Macr.

Vibius Sequeſter, fluminum, fontium, lacuum, paludium, montium, nemorum, Gentium nomina Regiones, qualitates, & uocabula poetas ſequendo digeßit in literas, incipiens à fluuio Acheloo, qui primum nomen & literam tenet.

Vulpianus Iuriſconſultus libros compoſuit ad edictum prætoris. Ad Sabinum. Inſtitutionum. Regularum. Ad edictum Aedilium Curulium. Ad legem Iuliam & Papiam. De officio pro conſulis. Fideicōmiſſorum. Diſputationum publicarum. Opinionum. De officio conſulis. De cenſibus. Librum ſingularem de officio præfecti urbis. Librum ſingularem de officio quæſtoris. Item librum de omnibus tribunalibus. Item librum ſingularem de officio præfecti Vigilum. Item libros quæſtionum. De officio præſidis. Item libros ex Munitio. Item librum ſingularem Pandectarum. Item librum ſingularem de officio conſulariū. Ad Vrſeum ferocem. Item librum ſingularem de officio curatoris Reipublicæ. Alexandri Aurelij Imperatoris aſſeſſor fuit, & conſularius Papiniani uero diſcipulus.

Vulcatius Terentianus hiſtoricus Gordianorum Imperatorum uitas ſcripſit & geſta.

Varro Clius Firmi Tyranni acta, qui ſub Aureliano arripuit in Oriente Tyrānidē in ſcriptis redegit.

Vulcatius Gallicanus Auidij Caßij, qui M. Antonini tempore Orientis inuaſit Imperium uitam et ge-

ſta ſcripto mandauit ſub Conſtantino principe notus.

Vegetius Renatus de Re Militari librum edidit ex multis illuſtribus excerptum auctoribus: Quem Valentiniano optulit principi.

Vinaſeas de Agricultura tractauit.

Victor Romanæ urbis Epiſcopus huius nominis primus ſuper quæſtione Paſcæ die Dominico celebrandæ, et non Lunæ.xiiii.Iudaico more ſcripſit opuſcula Comodo imperante.

Victorinus Pictauien.Epiſcopus Cõmentarios edidit in Geneſim.Exodum.Leuiticũ.Eſaiam.Ezechielem. Abacuch.Apocalypſim.Aduerſum omnes hæreſes.Multaq; alia grandioribus ſenſibus q̃ cõpoſitione uerborum nõ ęque Latina,ut Græca lingua pollebat. Martyrio tãdẽ finiuit uitã Dioclitiano ſub principe.

Victorinus Carthagiñ.Rhetor illuſtris Romæ florentiſsime dum paganus eſſet Rhetoricam docens in Traiani foro ſtatuam meruit.In ſenecta autẽ ad Chriſti fidem conuerſus, aduerſus Arrium libros à Deo ſcripſit obſcuros,ut niſi ab eruditis intelligantur. Cõmentarios etiam in Apoſtolum edidit, ut ſcribit Hieronymus,Conſtantij tempore clarus.

Vigilius Diaconus Monachorum regulam ex traditione patrum totius profeſsionis Monaſticę diſciplinam continentem, quæ ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiatam lucido & aperto ſermone conſcripſit Leonis primi temporibus.

Vrſinus Monachus aduerſus eos, qui hæreticos rebaptizandos decernunt elegantem edidit librum, multa circa hanc docens materiam.

Vigilantius preſbyter gente Gallus Barcinoñ. Ecclesiam in Hiſpania tenuit & humana uictus laude ſupra iures ſuas audens lingua diſertus, ſed ſcripturarum ſenſu non exercitatus ſecundam Danielis Viſionem prauo expoſuit ingenio. Aliaq; locutus eſt friuola, quæ in hæreticorũ Cathalogo exponẽtur hic Gen.

Vigilius Trideñ. Epiſcopus ad Simpliciũ quendã in laudẽ Martyrũ ſcripſit librũ. Item Epiſt. eorũ geſta ſupplicia & funera ſuo tẽpore apud Barbaros cõtinentẽ. Et ad Ioannẽ Chryſoſtomũ Epiſt. de paſsione ſanctorum Martyrum Siſinij Martyrio & Alexãdri in ualle Anone ę Tridentini ſoli, martyrio pemptorũ.

Victorinus Rhetor Maſsilieñ. in Geneſim cõmentarios edidit à principio uſq; ad obitũ Abrahæ tribus libris Digeſtos, Chriſtiano quippe & pio ſenſu, ſed ſeculari literatura occupatos, et ĩ diuinis parũ exercitatus nec ullius magiſterio eruditus leuioris põderis ſñias texuit. Obijt Theodoſio et Valẽtin. regnãtibus.

Vincentius gente Gallus monaſterij Leriñ. inſulæ preſbyter uir in ſanctis ſcripturis eruditus ad uitãda hæreticorũ collegia ualidiſsimã edidit diſputationẽ, q̃ cœlato noĩe ſuo, peregrino aduerſum hęreticos intitulauit. Cuius operis partẽ quia in cedulis poſitã furto ꝑdiderat capitulando paucis ſermonibus ſenſum in. v. lib. cõpegit, & ſub eiſdem principibus lucẽ deſeruit.

Victor Carthagineñ. Epiſcopus aduerſum Arrianos cõpoſuit lib. v. De pœnitentia lib. i. in quo uiuendi regulam pœnitentibus iuxta ſcripturarũ auctoritatẽ inſtituit. Ad Baſilium quendam ſuper mortem conſolatorios lib. v. ſpe rationis perfectum & inſtructione

munitum. Homelias etiã quę à fratribus ſalutis ꝓpriæ ſolicitis in lib. digeſtæ ſeruãtur, Anaſtaſio imperãte.

Voconius Caſtelli Mauritanię opidi Epiſcopus aduerſus Iudæos & Arrianos, alioſq; hæreticos ſcripſit. Sacramentorum etiam uolumen inſigne compoſuit. Eodem Anaſtaſio imperante.

Vincentius Gallus uir in diuinis ſcripturis exercitatus, & lingua pollitus in pſalmis commentatus eſt, cuius operis partem ſancto Dei uiro Cannati legiſſe ſe præſente, Genadius refert, promittens ſe in toto pſalterio eandem daturum operam ſecundum ſibi Deus uitam & uires conceſſerit.

Victorinus gente Aquitaneus Calculator, ut ſcribit Genadius, ſcrupuloſus hortatus à ſancto Hilario Romanæ urbis Pontifice Paſchalem curſum cautiſſima indagatione compoſuit poſt quatuor, qui primo cõpoſuerant, ideſt Hippolytum, Euſebium, Teophilum, atq; Proſperum Leonis Imperatoris tempore.

Vgo de Follicto Monachus ſancti Petri Corbienſis librum tradidit, quem de clauſtro animæ intitulauit, multa continentem utilia.

Vgo de ſancto Victore pariſieñ. in ſcripturis diuinis eruditus in Eccleſia Dei opuſcula plurima, & proficua condidit. Librum de Sacramentis. Hierarchiam beati Dionyſii explanauit. Librũ Didaſcalion compoſuit. Super Eccleſiaſten Homelias. xv. fecit. Super Lamentationes Hieremiæ lib. i. Super Angelicam Hierarchiam Dionyſii lib. i. De archa ſiue clauſtro aĩæ lib. i. De uirtute orãdi lib. i. De inſtitut. Nouit. lib. i. De archa Noe lib. v. De anima Chriſti lib. i.

De perpetua uirginitate Beatæ Mariæ lib.i.Super pſalmo Magnificat lib.i. Super uerbo Tota pulchra es lib.i.Notulas ſuper quibuſdam uerſibus pſalmorū. Soliloquiorum hominis cum anima, & alia plura. De clauſtralibus. Defunctus eſt Conrado.iii.imperante.

Viradichildus Monachus Othonis Imperatoris, huius nominis in Alemania primus ſcripſit uitam & Saxonum totam, uſq; ad hæc tēpora moſtrauit hiſtoriā.

Vincentius Beluacenſis de ordine Prædicatorum hiſtoriam omnimodam & temporum omnium à mundi initio exordium ſumens, & ad tempora ſua deducens ex multis decerptam hiſtorijs & cronicis libris compilauit. Item ad Ludouicum Francorū Regem librum de morali principum inſtitutione. De puerorum nobilium eruditione & in amici morte conſolatorium.

Xenophon Epiſcopus Athenienſis Socratis diſcipulus ſub minore Cyro militauit, cuius res geſtas ſcripſit, & ſomnia. Scripſit & librum Hiconomicum in cuius parte ultima Agriculturam docuit. De Natura Deorū tractauit. Cōmentarios dictorū & factorū Socratis edidit. Hiſtorias etiā philoſophorū primus ſcripſiſſe creditur. Sub ſcđo Artaxerſe clarus habetur.

Xenocrates philoſophus Athenieñ. Platonis auditor libros de Natura Deorum compoſuit uir fuit uitæ continentiſſime. De cuius continentia doctrina et moribus elegantia multa leguntur.

Xenon librū cōdidit, qui Italicon inſcribitur, in cuius primo ſcribit Ianū ī Italia primū dijs tēpla dicaſſe et ritus inſtituiſſe ſacrorū. Itē eū in ſacrificijs pręfationē meruiſſe ꝑpetuā. Sub primo agnitus Ptolemæi.

Xenophanes philoſophus Colophonius diuinatio-nem funditus ſubſtulit de dijs uero tractauit.

Zoroaſtes Bactrianorũ Rex, quem Cham, Noe, filium fuiſſe, tradũt quidam, artem Magicã inueniſſe dicitur, de qua libros compoſuit uities centum millia uerſuum continentes, ut ex uoluminum ipſorum indi-cio patuit, Ariſtotile teſte. Quos Ninus Rex Aſſy-riorum uicto & occiſo Zoroaſtre igne cremauit. Se-ptem etiam liberales artes in. xiiii. æreis & lateri-tijs ſculpſiſſe columnis legitur muniens ſe aduerſus utrunq; Diluuium.

Zenon philoſophus Stoicus Polemonis diſcipulus, Cõmentarios de Diuinatione cõpoſuit. De Nat. Deo. libros edidit, & ſub primo Artaxerſe eſt agnitus.

Zeazar Babylonicus Aſtrologus in aſtrologia cõ didit librũ, qui incipit, Vniuerſa Aſtronomię iudicia.

Zael Aſtrologus in Aſtrologia edidit librum, qui Introductorius dicitur. Et incipit, Scito ꝙ ſigna. Item de Interrogationibus, qui inſcribitur iudicia Arabũ, & incipit, Cum interrogatus fueris. Item librum ele ctionum, qui incipit, Omnes concordant. Item librum præceptorum, qui incipit, Scito ꝙ ſignificatrix.

Zeno Veroneñ. Epiſcopus Galleni Imperatoris tẽ pore inſignis habetur, & martyrium patitur. Scripſit autem hic Dei uenerandus Antiſtes libros de patien-tia, pudicitĩa, fide, ſpe, & charitate. iii. De Iuſtitia tractatum. i. De timore. i. De ſpiritu & corpore. i. De eo quod ſcriptum eſt. Cum tradiderit regnum Deo, et patri ſermonem. i. De ædificatione domus Dei, & Sa lomone expoſitionem pulcherrimam. De continentia

tractatum.i.De Baptiſmo tractatus.iii.De natiuitate Domini et maieſtate tractatũ.i.De Daniele in Paſcha tractat.ii. Super pſal.xl.xli.cxxvi.cxxvii.cxxviii. cxxx.tract.vii. De liuore & inuidia tract.i.De hoc uerbo Attende tibi ne forte fiat &c.De ieiunio quatuor tẽporũ, ſuper pſal.lxxx.tract.i.De auaritia tracta.iii.De Circũci.tract.i. Super Geneſim tract.viii. Super Exod.tract.ix.Super Eſaiã.vii.Super Danielem tract.iii. Super Iob tract.i. De feſto Paſcæ.viii. De inuitatione ad fontes.v.De Somno Iacob ſermo.i. De.xii.ſignis Cœli ad Neophitas tract.i.De fide.ii. Super Ionam.i.Super hiſtoria Suſannæ.i.De die Dominico tract.ii.De Abraham.ii.De Natiuitate Domini.ii. Epiſtolam de Paßione Arcadij martyris tempore ſuo apud Mauritaniam paßi.

Omnia hæc opuſcula memorabilis uir Ioannes preſbyter maioris Veronenſis Eccleſiæ Manſionarius ſe uidiſſe & legiſſe teſtatur.

A VIA iuxta Voſpiſci ſententiã nil reſpuit curioſitas mihi, et curioſis libellum ſtatui conceptuũ ſuorũ ſex particulis, ut ſequitur explicantem, uidelicet. Qui primi quarundam rerum, uel artium inuentores fuerint, uel inſtitutores. Qui certarum prouinciarum uel urbium fundatores. A quibus prouinciæ quædam gentes, Inſulæ, Vrbes, Flumina, Montes, & res certa traxere uocabula primum. Quibus in locis Prouincijs, Inſulis, aut Vrbibus, res quædam primum inuentæ ſunt. Quiq; certis dignitatibus, aut officijs functi ſunt primi. Qui magnifica quædam geſſere primi, aut inſtituerint inſolita.

Incipit Prima Pars.

ADAM primus homo animătibus cunctis primus uocabula indidit, ut Geneſeos liber tradit, & Ioſephus.

Abel Adæ filius primitias Deo primus obtulit. Ibidem.

Aſur filius Sem, purpuram & unguenta corporū atq; crinium primus inuenit. Ibidem.

Araam primus à Deo ſignū quęſiuit, inde inoleuit mos, q̃ Iudæi ſigna petūt. Hic primus ꝓnūciauit Deū unū creatorē eē cūctorū, ut ſcribit Ioſe. Ariſmetricā et Aſtrologiam primus Aegyptiis tradidit Syras & Chaldeas literas primus īuenit. De primitijs decimas obtulit. Mandatū circūciſionis primus accepit. Ibidē.

Anna ſocer Eſau primus æquis Aſinas copulauit, ut Iudæi aſſerunt. Iſidorus.

Apollo medicinę artis reꝑtor apud Gręcos ꝓhibetur hāc eius filius Aeſculapius laude et opę ampliauit. Cythare reꝑtorē Apollinē fuiſſe Gręcorū habet opō. Phitonibus nomē dedit eo q̃ ipſis auct. fuit diuinādo. Idē.

Alea quidem Miles Græcus in Troiano exercitu Aleæ uſum primus inuenit. Idem. Varro Palamedem auctorem perhibet, ut tradit Seruius.

Argiui terrea uaſa fabricauerunt primi, unde terra illa poſtea Argilla nuncupata eſt. Idem Iſidorus.

Athenienſes Lanificij olei, uini, uſum docuere primi, arare quoq; & frumenta ſerere, ac glandem monſtrarunt ueſcentibus, literæ Græcæ, ac facundia & ciuilis diſciplinæ ordo ueluti templum Athenas habent. Iuſtinus. Palæſtræ uſus ibi primo repertus eſt.

Seruius. Bonos ciues corona duabus oliuę ramulis connexis inſerta decorandi primi conſuetudinem induxere. Valerius. Theatrum & theatrales ludos primi inſtituerunt. Iſidorus.

Argonautæ qui Ioſane Duce in Colches profecti ſunt coopertarũ nauiũ uſum inſtituere primi. Caſſio.

Anacreon Aſianus poeta Anacreontica metrica primum tradidiſſe creditur. Iſidorus.

Archeſilaus philoſophus Cyrenaicus Academicorum ſectam primus profeſſus eſt, cuius ſectator fuit Democritus, unũ Academici philoſophi dicti ſunt. Idẽ.

Achilles herbam Balauſtion, quę & Centifolia dicitur, primus inuenit, cuius folia. Plinius, omnia antiqua uulnera & fumoſa curant. Gallenus.

Archilocus poeta Lacedæmonius Archilotica metra condidit primus. Iſidorus.

Ariſtophanes primus Aſteriſcum reperit, Stella enim Græcæ Aſter dicitur, unde Aſteriſcus. Idem.

Arporum gens Arpani Muſicum inſtrumentum primum inuenit. Papias.

Almæus Crotomeñ. exercitatus in philoſophicis exſectionem membrorũ humani corporis primus aggredi auſus eſt. Calcidius.

Achates Mileſius Heroicũ car. apud Græcos primus expoſuiſſe dicitur, ut reputãt alij ferecides. Iſid.

Alcimon Crot. primũ ſcripſiſſe fab. traditur. Idẽ.

Atalus Aſiat. Teſſexarũ uſũ primus ĩuenit. Mac.

Ariſteus Archas Apum & Mellis uſum et lactis ad coagula primus hominibus tradidit Solſtitialiſq; ortus ſyderis primus inuenit. Iuſtinus.

Apitius quidam Coquinæ apparatum primus inſti tuit. Et abſumpta in eo ſubſtantia propria uoluntaria morte uitam finijt. Iſidorus. Et ante eum Seneca.

Ariſtotelis Peripateticæ ſectæ auctor extitit. Par tes orationis duas nomen. ſ. et uerbum primus excogi tauit. Donatus uero poſtmodum octo finiuit. Idem.

Auidius Caßius ex caßiorū familia atrotiū ſuppli ciorū, noua quędā et īſolita genera primus exercuit.

Apius Claudius Cæcus accuſationes de uſurpatio nibus in Iure Ciu. primus ſcripſit. R. literā primus re perit. Solutam orationē aduerſus Pyrrhū primū exer cuit. Senatū electis Libertinorū filijs inqnauit. Liui.

Amonius Alexandrię Epiſcopus Euangeliorū Ca nones primus excogitauit. Quem ſecutus Cæſarieñ. Euſebius plenius compoſuit. Iſidorus.

Anacletus Papa ne clerici comam, aut barbam nu triant primus ſanxit. Damaſius Papa.

Alexander Papa huius nominis primus, aquam in domo cum ſale aſperſit, & in Miſſa cum uino miſceri ad deſignandum Chriſti & Eccleſiæ unionem, & in azimo conſici primus ſtatuit. Idem.

Anicetus Papa, ut Clerici coronam in modum ſpe rulę differant. Et ut Epiſcopus à minus q̃ à tribus cō= ſecrari non debeat primus decreuit. Idem.

Antherus Romanus Pontifex epiſcopos de ſede ad ſedem poſſe transferri primus ordinauit. Idem.

Anaſtaſius ſummus Pontifex huius nominis pri= mus. Quando cantatur Euangelium Clericos curuos iußit ſtare & non ſedere. Et qui uno caret membro Clericum eſſe non poſſe. Idem.

Anaſtaſius ſecūdus Clericos irā & rancorē omittere diuinū officiū prætermittere primus uetuit. Idē.

Adrianus huius nōis tertius primus Decreto ſuo ne Imp. de electione Papę ſe ītromitteret edixit. Idē.

Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus ritum canendi Antiphonas in eccleſia primus apud Latinos à Gręcis tranſtulit. Poſt Hilarium Pictauieñ. Epiſcopum hymnos canendos primus compoſuit. Sigibertus, & ante eum Iſidorus.

Africanus Iuriſconſultus actionum librum qui de uſurpationibus dictus eſt primus edidit.

Anaxagoras Aſianus philoſophus primus omniū rerum deſcriptionem & modum mentis infinitæ uiæ rationæ deſignari & confici uoluit. Tullius.

Atreus pater Agamemnonis Eclypſim Solis apud Micenas primus inuenit. Seruius.

Belus Aſſyriorum Rex ferreum gladium primus produxit Bella primus finitimos intulit à quo & bellum nominari placuit. Iſidorus.

Bacchus uitē in Athica primus oſtendit. Baculum quo homines uino alienati mitterentur primus exhibuit. Idē. Bacchum mellis repertorē tradūt. Ouidius.

Balearicum Inſularum cultores funde uſum qua lapides emittūtur tradidere primi, ut ſcribit Vegetius. Vnde & inſulæ ſic dictæ ſunt. Bali enim Græcæ emittere ſonat. Iſidorus.

Belgę Gallica gēs uſū curruū īuenere primi. Idē.

Caim primus omnium terram coluit, terminos poſuit, menſuras & pondera primus inuenit homines ad latrocinia inuitauit. Geneſis. x. & Ioſephus.

Carinidus Chananeus falſorum teſtium primus conſiderationem fecit. Ariſtoteles.

Carmentis Nympha Latinas prima Italis literas tradidit. Vergilius.

Ceres aratoria inſtrumenta, & uaſa ad menſurandum primum inuenit, frumenta inueniſſe primo dicitur. Vergilius & Naſo.

Cecrops Saturno & coniugi eius Opi primus in Athica aram ſtatuit, ut Philocorus tradit. Iouem Deũ appellauit. Simulachra reperit. Victimas immolauit iſtiuſmodi rebus in Grȩcia nunquam uiſis. Marem fœminæ primus matrimonio iunxit. Ideoq; biformẽ eum fuiſſe traditum eſt. Iuſtinus.

Chaldei Aſtrologiæ diſciplinam et natiuitatis obſeruantiam docuere primi. Græci Aſtrologiæ artem ab Athlante prius excogitatam ferunt. Ideoq; Cœlum ſubſtinuiſſe dicunt. Iſidorus.

Capaneus unus ex Regibus, qui fuit in obſidione Thebarum expugnationem urbium ſcalis muro admotis primus excogitauit. Vegetius perhibet.

Cadmus Agenoris filius Græcas literas primus reperit, Solino teſte. Quas à Phenice in Græciam primus attulit, ut ſcribit Ioſephus.

Cadmus alter Sitionius ex Mileto primus proſaicæ orationis diſciplinam inuenit. Solinus.

Ciſternes Sitionius æquos quadrigarum medios eoſq; ſingulos ex utraq; parte ſimplici uinculo primus applicuit. Iſidorus.

Clipius & Scilus Cretenſes in ſcalpendo marmore primi omnium claruerunt. Plinius.

Cretenſes primi ſagittis uſi ſunt & remis. Iura li teris primi ſanxerunt. Equeſtres turmas docuere laſciuas uertigines implicare ex qua diſciplina bellicæ rei ratio cõualuit. Muſicũ ſtudiũ ibidẽ inchoauit. Sol.

Colophonius quidam Colophonica metra primus exercuit. Iſidorus.

Cirenes Centaurus Centauream herbam primus inueniſſe traditur. Idem.

Ciclos quidam Ciclomenos herbę uirtutem primus inuenit à cuius nomine Herba ſcripſit uocabulum.

Cœlius Sergius ornamenta Penſilia Balnea primus inſtituit. Florus ex Liuio.

Cato Cenſorius apud Romanos tractatum de Agri cultura primus compoſuit. Quem Marcus Varro poſt modum expoliuit. Mox Vergilius laude carminũ extulit. Inde Cornelius Celſus, & Iulius Atticus, atq; Columella orator inſignis, qui totum diſciplinæ eiuſdem corpus complexus eſt. Iſidorus.

Cletus Roma. Epiſc. primus in Apoſtolicis literis appoſuit ſalutẽ & apoſtolicã benedictionẽ. Damaſc.

Caliſtus Papa quatuor temporum Ieiunium primus inſtituit. Idem.

Cornelius Romanus Pontifex, ut Sacerdotes pro certis cauſis iurare poſsint primus decreuit.

Chyron Cẽtaurus de herba Arthemiſia primus medicinã inſtituit, cuius uirtutẽ Homer. ex ipſo dicitur expreſsiſſe. Hippocrates medicinã iumẽtorũ inuenit. Inde dimidia parte homo, dimidia equus dictus. Iſido.

Cornelius Gallus pręfectus Aegypti genus charte quam Cornelianam uocant primus confecit. Iſidorus.

Chyrrus

Chyrrus quidam Maurenarum uiuarium Romæ Annalios excogitauit,ut tradit Plinius.

Dauid Propheta Hymnos in Dei laudem primus cecinit. Vrbem quæ prius Solima dicebatur. Iebuſeis Hieroſolymam nuncupauit: Ioſephus Pſalmos poſt Moyſem primus compoſuit. Iſidorus.

Dedalus parietum fabricas atq; tectorum,ut Grai perhibent primus reperit. Menſam & ſellam fecit. Et fabricam à Minerua didiciſſe tradunt. Iſidorus.

Dares Frigius apud Gentiles primus ſcripſit hiſtoriam,poſt quem Herodotus. Inde Ferecides. Idem.

Dedoris Herculis filius primus Græcis leges tradidit.

Draco Athenienſis primus omnium leges dedit Athenienſibus. Ioſephus.

Dionyſius Papa huius nominis primus preſbyteros dedit Eccleſiis Cymiteria Parrochias & Diocæſes conſtituit & diuiſit primus. Damaſius.

Damaſus Romanus Antiſtes nominis huius primus pſalmodiã die noctuq; per Eccleſias fieri & choros in duas partes alternando cantare primus ſtatuit.

Donatus Grammaticus partes orationis Grammaticæ,quæ ab Ariſtotele duæ tantum excogitate fuerant primus omniũ octo diffiniuit. Iſidorus. Quã apud Latinas quidam primum conſcripſerat.

Decius Auſonius Romanus Abbas annos computari ab Incarnatione Domini primus inſtituit.

Debutades Sitionius Figulus terra et Argilla imagines & ſimilitudines Corinthiæ filiæ ſuæ opera fingere, quod Plaſticen uocãt primus inſtituit. Plinius.

Enoch filius Seth primus Dei nomen inuocauit. Geneſis.x.

Erictonius primus Quadrigam uinxit in Græcia, de quo Verg.iii.Georg. Primus Erictonius etc. Apolloni in Attica primus ludos inſtituit. Beatus Auguſtinus. Iunoni currum dedicauit.

Eudoxus quinq; ſynderum motus ab Aegypto primus in Græciam tranſtulit. Seneca.

Eupherion Calcidenſis poeta Calcidicum metrum primus compoſuit.

Ennius Terrãtinus poeta apud nos metro primus uſus eſt Elegiaco apud Græcos de auctore certatur. Vulgares notas. M. C. primus inuenit. Apud Latinos exametra condidiſſe primum creditur. Iſidorus.

Eacum aurum primum reperiſſe & humanis contuliſſe uſibus. Caſsiodorus refert.

Eliophantes apud Lacedæmonios primus exercuit idolatriam. Glo. ſuper.xi.Gene.

Eſiodus Laſſerites poeta Gręcus Ruſticarum rerum ſcribendi ſolertiam apud Græcos primus exhibuit. Boetius noſtris ſtudijs contulit. Democritus ampliauit Magnus Carthaginenſis. xxviii. uoluminibus ſtudium Agriculturæ conſcripſit. Apud Romanos Cato primus inſtituit, quam Marcus Varro poſtmodum expoſuit. Mox Vergilius laude carminum extulit. Nec deinde minori cura Cornelius Celſus, et Iulius Atticus atq; Columella inſignis orator, complexi ſunt. Iſidorus.

Epicurus ſectæ Epicureæ auctor fuit. Iſidorus. Solus Deos primum eſſe uidit, ut refert Cicero. Ortos

primum Athenis inſtituit magiſter ortorum.

Aegyptij ex Solis curſu primi menſes reperierunt. Chartarum miniſtrarunt uſum, apud urbem Meniphiticam cœptum. Geometriæ & Aſtronomiæ diſciplinam inueniſſe traduntur. Picturam primo excogitaſſe creditum eſt. Iſidorus.

Eufranij inter Pictores Olympide. li. longe emicuit, &, ut refert Plinius, ſigna Heroum primus expreßit uſurpauitq; ſumetriam, de qua & coloribus uolumina edidit.

Eſculapius Apollinis filius, quem Arcades colunt ſpeculum primum inueniſſe, & uulnus alligaſſe dicitur. Alter uero Eſculapius purgationem alter et dentis euulſionem primus excogitauit. Tullius. Secundam medicinæ hæreſim, quam experimentißimam nominant inuenit. Iſidorus.

Filij Seth Cœleſtium diſciplinam eorumq; ornatum primitus inuenerunt & ne deperierent inuenta literis mandauerunt. Ioſephus.

Friges auium primi inuenerunt auguria. Tybias excogitatas primum in Phrygia traditur. Iſidorus. Indedictæ q, excurius Tybijs hinnulorum cruribus primũ fierent. Nonnulli Mineruã inueniſſe perhibẽt.

Fidon Corinthius Menſuras & pondera primus dedit Argiuis. Eutropius. Et licet alii eo antiquiores fuerint. Hic tamen in arte hac experientior fuit, ut ſcribit Iſidorus.

Feronius Græcus primus leges & iudicia dedit, locumq; quo cauſæ & iudicia exercentur forum de ſuo nomine dixit. Iſidorus.

Fenices Græcarum literarum uſum tradidere pri mi. De quo Lucanus, Fenices primi &c. Syderumq; in nauigando obſeruationem. Plinius.

Ferecides Syrus oratione ſoluta apud Græcos pri mum eſt uſus. Sed & de cœleſtibus & diuinis apud eos primitus philoſophatus eſt. Ioſephus.

Fenix Cadini frater quaſdam literas primus Feni= cibus tradidit, & ad deſcribendum uermiculum in= ſtituit, unde Fenicius color dictus eſt, qui poſtea mu= tata litera Puniceus dicitur. Iſidorus.

Fraglandus Diui Auguſti Ludius amœniſsimam picturam primus inſtituit pingere uellas, uidelicet & portus Apiaria oera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, litora, qualia quis optaret. Plinius.

Fuluius Lupinus Coclearũ uiuaria In tarquinieñſi Agro primus inſtituit. Idem.

Glancus ferri glutinũ primus excogitauit. Eutro.

Gargaris Rex Curetũ Gallaciæ uetuſtiſsimus col ligẽdi mellis uſum primus reperit. Iuſtin. ex Trogo.

Gorgias Leontinus Rhetoricæ artem primus in= ueniſſe traditur. Quem Ariſtoteles & Hermacoras ſecuti ſunt. Tullius autem & Quintilianus in Lati= num uertere ſermonem. Iſidorus. Tullius autem Ti= ſiam primum inuentorem perhibet.

Gneus Pompeius ante omnes æque per ſemitas de= currentes eximium inuenit colorem. Valerius.

Gliceram Fœminam, Siciomam coronarum florum inuentricem, tradit Plinius.

Heber abnepos Noe à quo Hebræi nominati ſunt Iubileum primus inſtituit. Ioſephus.

Hircanus Symonis Matthæi filius Iudæorum Pontifex accepto auro & ſepulchro Dauitico, ut pauperes peregrinos exciperet primus omnium inſtituit Xenodochia. Idem & Egeſippus referunt.

Homagnum quēdam priuatum uirum Fulminatū à Ioue primū ad aratrū uinxiſſe boues pleriq; ferūt, quidam Oſirim artis huius inuentorē tradunt. Nonnulli Triptolemum. Sed cum Ceres prima ferro, terrā uertiſſe dicatur in Græcia intelligatur qualicunq; ferro, uomere, uel aratro. Auguſtinus & Iſidorus.

Herodotus primus apud Græcos ſcripſit hiſtoriā. Poſtea Ferecides. Iſidorus.

Hiſmael filius Abrahæ primus è luto formauit ſimulachrum, ut Iudæi tradunt, primus cui à Deo fuit nomen impoſitum. Geneſis. xv.

Hymeneus primus nuptijs fœliciter uſus eſt, inde in nuptijs acclamatur. Liuius.

Heraclides Macedo in initio naues pinxit, ut refert Plinius.

Hoſſus quidā gēte Equiculus ficiale uas quo legati ad res repetēdas utūtur primus excogitauit. Plin.

Hercules ſecūdus Aegyptius Nilo natus Frigias literas primus conſcripſiſſe traditur. Cicero.

Hilarius Pictauieñ. Epiſcopus hymnorum carmine floruit primus. Iſidorus.

Hilarius urbis Romanæ Pontifex primus Decreto ſuo ſtatuit ne urbis Romæ præſul ſibi conſtituat ſucceſſorem.

Iabel filius Lamech tentoria & paſtorum portatilia primus inuenit. Geneſis. x. & Io. Idem.

Iubal alter ex filijs Lamech Muſicam primus reperit, & pater Cythara, & organa canentium fuit. Quam in duabus columnis lapidea una altera Lateritia ſculpſit, aqua & igne muniens ſe aduerſus utrunq; Diluuium. Ibidem.

Ionicus filius Noe Aſtrologiam primus omnium inueniſſe dicitur. Methodius.

Ietam filius Heber ſuper filios Sem, primus tenuit principatum. Magiſter.

Iacob ab eſu nerui primus abſtinuit. Gene. xxxii.

Ioſeph prodigiorum ſagaciſsimus primus ſomniorum intelligentiam condidit. Iuſtinus.

Ieremias Prcpheta Trennos, ideſt uerſus lamenti primus edidit. Poſt eum apud Gręcos Simonides. Iſid.

Ipocras tertiam medicinæ hęreſim, quam rationalem uocant primus reperit. Iſidorus.

Ionas Theſſaliæ Rex Aes primus reperiſſe & monetam cudiſſe traditur. Vnguenti coronarum dandarum in conuiuio ſecundæq; menſæ ponendę conſuetudinem non parua irritamenta luxuriæ primus inuenit. Valerius Maximus.

Ile apud Græcos uſum reperiendi aquas ubi non apparent docuiſſe traditur. Apud Romanos Marcellus. Caſsiodorus.

Indus Scytharum Rex argentum primus inueniſſe dicitur, & humanis uſibus conceſsiſſe. Idem.

Iſocrates Orator uerba prius libera ſub numeros primus iræ coegit. Iuſtinus.

Iſis Inachi filia de Græcia in Aegyptum trahiciẽs. Aegyptijs quas reperit tradidit literas. Siſtrini etiã

inueniſſe perhibetur, de quo Iuuenalis. Iſis & irato feriat mea limina ſiſtro. Ratus primitus uela ſuſpendit. Iuſtinus.

Ippolytus Epiſcopus, Paſchalem Cyclum primus conſcripſit. Poſt quem Euſebius Cæſarienſis Teophilus Alexandrinus atq; Victorinus Cyclos multiplices edidere. Iſidorus.

Ieronymus preſbyter Hebręorum nominum interpretationem primus in Latinum uertit eloquiũ. Idem.

Iulius Papa, ut nullus Clericus Caium aliquem agat inſt in Eccleſia ſua, & ut Eccleſiaſtico terminetur examine primus ſtatuit. Damaſus.

Innocentius Romanus Epiſcopus nominis huius primus ad Miſſam Pacis oſculum dari primus inſtituit. Idem.

Kalendas, Idus, Nonas, propter feſtos dies Romani primo inſtituerunt, uel propter officia magiſtratuum. Iſidorus.

Liberum patrem apud Græcos uitis inuentorem perhibent. Et militiæ ordinem primum dediſſe Commemorant. Coronæ uſum inueniſſe tradunt, dum ex nimio potu mota capita Faſceolis uinciri inſtitueret. Artẽ Scemeã inuenit, quã Athenienſes inueniſſe creduntur. Idem. Coronam ex Hedera primus omnium capiti ſuo impoſuit, ut Plinius refert.

Liuius poeta Romæ fabulas primus edidit. Liui.

Ligurgus Lacedæmonijs primus leges inſtituit. Iſidorus.

Lenas quidã, nomen Veſtis rotundę duplicis uſum primus inuenit cauſamq; de ſuo nomine nuncupauit.

Lydij nauē ſabricarūt primi Pelagiq; in Creta petētes mare peruiū humanis uſib. reddiderūt. Iſid. idē.

Lacedæmones roſatam ueſtem, quam Græci Pheniceam uocant ad celandum ſanguinem coloris ſimilitudine primi reperierunt. Iſidorus.

Lucius Crionus Aurelius Verus Adriani principis adoptiuus filius uaria ciborum genera primū inſtituiſſe traditur. Spartianus.

Lentalus Spinter Carbaſina uela primus in theatro ludis Apollinaribus duxiſſe traditur. Plinius.

Moyſes apud Hebræos primus præcepta conſcripſit. Hiſtoriam apud nos de initio mundi compoſuit. Hebrę orū literas per Moyſem dicunt à lege cœpiſſe. Genti Hebreæ primus omnium diuinas leges ſacris explicuit literis. Diuinæ hiſtorię Coſmographiam. v. uoluminibus edidit. Heroicum metrum in Deuteronomij Cantico longe ante Ferecidem & Homerū ceciniſſe probatur. Pondera numeros & menſuras primū legitur inueniſſe. Modium. xx. ſextariorum ſecundū ſacræ legis menſuram primus effecit. Poſt tranſitum maris rubricorum primus inſtituit. Tabernaculum Domino primus condidit. Iſidorus.

Mercurius Præſtigium primum inueniſſe dicitur lyram & cytharam condidiſſe perhibetur. Reperiſſe fiſtulam pleriq; tradunt. Leges primus dedit Aegyptijs. Cordarum uſum primus excogitauit. Palæſtræ auctorem fuiſſe plurimi autumant. Idem.

Melchiſedech ſacrificium Deo panem & uinum primus exhibuit. Salem, urbem poſt diluuium fundauit & Fanum ibi conſtruxit. Ioſephus.

Mida Rex Phrygiæ plūbū primus reperit. Caßio.

Minos Creteñ. ordinē legū primus īſtituit. Ariſt.

Machabæus q̄dā uenat. aeriæ extitit auctor. Poli.

Martius Vates apud Latinos primus præcepta compoſuit. Iſidorus.

Magnes quidam Indus cuſtos armenti Magnetem lapidem clarū, crepidarum & baculi cuſpide inhærentem primus inuenit, unde & ſumpſit uocabulum. Idem & ante eum Plinius, & Menander.

Memia mulier quædā apud Gentiles t̄pibus Ennij lōge poſt Dauid hymn. in Apol. et muſas cecinit. Idē.

Medea Mediā nigri coloris gēmā primū rep̄it. Idē

Mineruā Lanificij usū primū moſtraſſe et quadrigā īſtituiſſe gētiles p̄dicāt, hāc ordiſſe telas et lanā coloraſſe p̄hibēt. Oleiq; inuētricē tradūt. Btūs Aug.

Menianus quidam Meniana. i. ſolaria primus conſtruxit à quo & nominati ſunt. Idem.

Melpomenem unam Muſarum Tragœdiam inueniſſe poetæ aſſerunt. Idem.

Meſres Aegypti Rex Oboliſtum primus feciſſe traditur. Oboliſtus enim ſagitta eſt. Iſidorus.

Mamutram Romanum æquitem formijs natum Romæ primum marmoreis cruſtis totius domus ſuæ parietes in Cœlio Monte operijſſe Cornelius nepos, & Plinius referunt. Addiditq; Catullus eum primum totis ædibus nullam niſi è marmore Cariſteo columnam ſolidam habuiſſe.

Marcus Lelius Strato Auiaria incluſa omniū generū auibus Brūduſii primus inſtituit, carcere cohærcens animalia, quibus nam Cœlū aßignauerat. Plin.

Noema filia Lamech prima texendi artem inuẽnit. Geneſis.x.

Noe primus carnes comedit, ſed poſt diluuium. Vitem rudi adhuc ſeculo primus plantauit, & uinum bibit. Geneſis.

Nebroth filius Chus Tyrannidem primus exercuit, magiſter ſcribit ueterem & Auitum morem noua quaſi Imperij cupiditate mutauit, & bellum primus finitimis intulit. Iuſtinus.

Numa Pompilius Romanis primus leges & iura conſtituit. Numos imaginibus uocauit, unde & dicti ſunt iuxta Iſidorum. Sacrorũ ritum Deorum metum primus inſtituit. Ad Lunæ curſum in Menſes. xij. deſcripſit annum. Nefaſtos faſtoſq; dies ſtatuit. Totum ueſtẽ uirginibus primus dedit Liuius. Congiarium primus militibus exhibuit, ut Magiſter dicit. Agonaliorum repertor fuit, ut Antias tradit Valerius. Tradunt pleriq; Cygnum quendam Sabinorum Regem prius Annum in Menſes diuiſiſſe. Idus atq; Kalendas Intercalareſq; dies inſtituiſſe. Sed Geneſeos ſcriptura etiam ante diluuium Menſes. xii. fuiſſe commemorat. Iſidorus.

Orpheus Thrax nephandam libidinem primus à fœminis in teneros tranſtulit mares. Ouidius. Septem circulorum cœleſtium harmoniam primus dependit. Orgici Bacchi ſacra & cœtui Menadum primus inſtituit. Mella & Seruius.

Offilius uir ęqueſtris ordinis & Iuriſconſultus de legibus uiceſimo, et de iuriſditione primum ſcripſit. Prętoris edictũ primus diligenter cõpoſuit. Põpeius.

Octauianus Imperator poſt Aciatum bellū et Partam de Antonio, & Cleopatra Victoriam urbem cum triumpho ingrediens primū Auguſti cognomen emeruit. Florus ex Liuio.

Oſiris Aegyptiorum Deus Aratra primus apud Aegyptios fecit terram ferro ſolicitauit, & in experta ſemina cōmiſit, poma ab ignotis legit arboribus palis uitem adiunxit uiridemq; Comam dura falce cedere docuit & ex matura uua ſuaues liquores expreſſit. Tibullus.

Ortenſius primus ceruicem in ſingulari numero protulit cum ante in plurali tantummodo diceretur. Iſidorus. Pauonem cibi gloria Romæ primus occidit. Plinius.

Prometheus Ferreum circulum incluſo lapide primus digito circundedit quo factum eſt, ut Anulorum uſus haberi cœpit. Hunc primum ſimulachra hominum de luto formaſſe Gentiles perhibent. Magica arte primus fecit imagines ambulare. Auguſtinus & Iſidorus & ante eos Plinius. Palæſtræ repertorem fuiſſe tradunt. Aſtrologiam primus Aſſyrijs indicauit. Seruius.

Perdix Nepos Dedali ex ſorore eiuſq; diſcipulus Serre uſum Circiniq; primus inſtituit. Ouidius.

Palamedes Miles in Troiano bello tres literas Græcas adiecit prioribus. Iſidorus.

Plato ſecte Platonicæ auditor diſputatione incerta uagantes menſuraſq; Solis & Lunæ, ac cæterorum ſyderum totiuſq; mundi ambitū necientes ab indoctis erroribus primus abduxit. Idem et ante eū Valerius.

Pergamei Reges charta indigentes membranæ uſū primi excogitauerūt, inde Pergamenū dicta. Iſi.

Parmenides in Caucaſi montis rupe Dialecticam primus inuenit, non tamen ad artis redegit peritiam. Hanc Socrates et Plato ampliauit. Sed Articulus pro duxit ad regulas. Idem.

Proba Falconia Adelphi cuiuſdam pleniſſime ex Vergilio Centonem expreſſit. Sic quoq; & Pompo= nius quidam ex Tityro & Aeneida in laudem Chri= ſti compoſuit. Idem.

Pythagoras numerorum diſciplinam apud Græcos primus ſcripſiſſe putatur. Deinde eam diffuſius expo ſuit Nicomachus. Apuleius & Boetius in Latinum uertere ſermonem. Philoſophi nomen à Pythagora ꝓhibetur exortū, ꝙ literā primus formauit. Et anima liū eſum primus inhibuit. Idē. De Medula ſpine homi nis mortui anguem creari primus perpēdit. Seruius.

Pan Gentilis paſtoralis diſpares calamos primus aptauit ad Cantum. Fiſtulam ut quidam perhibent pri mus inuenit. Et ſi plериq; Mercurium huius autumēt repertorem nōnulli à Iuda quodam paſtore inuentam aſſerunt. Panem pan primus coxit à quo panis uoca= bulum ſumpſit. Iſidorus idem.

Piſiſtratus Tyrannus Athenieñ. bibliotecam apud Græcos primus inſtituiſſe creditur. Hæc ſecutus ſtu= dium Alexander Macedo & ſucceſſores eius, et præ cipue Ptolemæus Philadelphus ad inſtruendas libro= rum omnium bibliotecas animum intenderunt. Nam ſeptuaginta millia librorum hoc tēpore Alexandriæ reperta dicuntur. Idem.

Pelaſgi in Latium primi literas attulerunt, & togam Romanã ueſtẽ antiquiſsimã inuenerunt. Iſido.

Patritius Romulus Calceorũ formam, quibus Reges utebantur, & Cæſares primus reperit. Iſidorus.

Pilunmus quidam Italis Pilum & Pilam primus inuenit, deq; eius neceſſe dicta eſt. Varro.

Pilon Medicus Pionam herbam, quæ, uel Pentoroſin, uel Datilos numero digitorum notata eſt primus inuenit. Homerus.

Pœni uias lapide primi ſtrauiſſe dicuntur. Deinde Romani. Iſidorus.

Panſias Sitionius in picturę arte nobilis Lacunaria pingere primus inſtituit. Plinius.

Pamphila mulier Plateæ filia Veſtis Bombicinæ uſum in Choo inſula primum inuenit. Idem.

Pollio primum Romæ bibliotecas Græcas atq; Latinas publicauit.

Quintus Nairius Centurio eo bello quo Fuluius Flaccus Capuam obſedit uſum Velitum primus inuenit. Valerius & Liuius.

Quintus Catullus Campanam imitatus luxuriam conceſſum ludos ſpectantiũ primus uelorũ umbraculis texit cum capitolum dedicaret. Valerius & Plinius.

Quintilianus primus Rhetorum cum ſalario publico Romæ ſcholam tenuit.

Rebeca cum deſponderetur uxor Iacob primo interrogata conſenſum adhibuit. Gene. xxiiii. legitur.

Romulus Lupercalium morem inchoauit. Pallatinum collem primus muniuit. Templum Feretrio Ioui primum in Capitolium conſecrauit. Trabeæ Ve=

ſtis uſum primus reperit. Liuius & Valerius.

Suſene ſuper filios Iaphet regnum primus exercuit. Magiſter.

Semiramis Nini Aſſyriorum Regis uxor poſt uiri mortem prima omnium Indis bellum intulit. Bracharum uſum inſtituit. Thyaram ornatum capitis Aſſyriorum & Perſarum Regum prima reperit. Iuſtinus.

Sirophanes in Aegypto primus idolatriam incœpit. Glo. Gene. xi. Et Anſelmus in Poetario.

Sardanapalus Aſſyriorum Rex Puluinaria primus inuenit. Magiſter.

Sitionij Thelſionij Regi ſuo defuncto in honorem eius ludos primi inſtituerunt, Beatus Auguſtinus.

Solon primus leges Athenieñ. dedit. Iſidorus.

Tercen uel Stercutius ſtercorandi agri uſum in Italia primus induxit. Cui ob hoc Romæ Ara dicata fuit à Pico. Agriculturæ inſtrumenta plurima reperit agroſq; primus formauit. Hunc quidam dixere Saturnum quo maiorem ei dignitatem addant. Beatus Auguſtinus & Iſidorus.

Sothodes Creteñ. poeta metra Sothadica primus inuenit. Iſidorus.

Simonides Chius poeta Lyricus Symonicum carmen primus reperit. Tres literas Græcis adiecit. Idē artem Memoriæ tradidiſſe primum, refert Cicero.

Sapho poetrix fœmina metra primum tradidit Saphica. Iſidorus.

Salomon Epithalamium carmen in Chriſti laudem & Eccleſiæ primus cecinit. Idem.

MICHAELANGELVS BLONDVS. L.

NEC *Miraberis, Lector prudentiſſime nudam conſpiciens Pagellam hanc, quoniam hoc commiſſum eſt errore Calcographi omiſſit enim diuidendo, quod huius Pagellæ fuerat, operi uero nihil deeſt quoniam ſequentis ordo rectiſſime iungitur ordini præcedentis, parces ergo erroribus quos etiam perpaucos legendo comperies, nam ex plurimis litturis, & exemplari difficilis lectionis haud facile prima excuſſio abſq; aliquo errore excudi poteſt. Vale.*

Syracuſij paſtores, ut opinantur plurimi carmen cõpoſuere Bucolicũ. Nõnulli Lacedęmões putãt. Idẽ.

Socrates Aethicam ad corrigendos mores componendoſq; primus inſtituit, atq; ſtudium omne ad bene uiuendi diſputationem induxit. Idem.

Saturnus ęreos nũmos primus ĩſtituit Italis leges dedit et humano more ex ferino uiuere docuit. Eutro.

Saluius archas Romanos adoleſcẽtes nobiles primus ſaltaria docuit, ut Varro perhibet.

Sergius orata Balneas Penſiles primus habuit. primus Oſtrearia in Baiano locauit & Lucrinis Oſtreis optimum ſaporem adiudicauit. Macrobius & ante eum Plinius.

Siluius magiſter ludi. K. literam Latinis prmius adiecit. Iſidorus.

Siculi libros primi circuncidere cœperunt cum ante pumicarentur, de quo Catullus. Qui dono lepidum nouum libellum arrida modo Punicæ expolitũ. Idem.

Scipio Africanus prior quod matre defuncta utero eius exciſus eſt primus Rom. Cæſar dictus eſt. Solin.

Seruius Tullius Nũdinas primus inſtituit, ut Varro refert. Cenſum primus egit. Claſſes Centuriaſq; deſcripſit. Quirinalem & Viminalem colles urbi primus adiecit, atq; aggere foſſis & muro cinxit. Pomerium protulit. Liuius & Plinius.

Scaurus Priuignus Syllę, primus omniũ dactiloticã gẽmã Romæ habuit diuq; nulla ibi alia fuit, quo ad Pompeius illã quæ Mithridatis Regis fuerat inter dona in Capitolio dicauit. Cuius exẽplo Cæſar dictator ſex ĩ tẽplo Veneris genetricis poſtmodũ cõſecrauit.

Tales

Tales Mileſius apud Grecos primus ſcrutatus eſt philoſophiã. Iſidorus et ante eum Cice. Defectionẽ Solis quæ Aſtiage regnante facta eſt primus prædixit.

Tiſiam Rhetoricæ inuentorem Cicero & Martianus referũt. Hanc Gorgias, Iſocrates, Hermagoras, & Ariſtoteles ampliarunt. Sed Tullius & Quintilianus tranſtulerunt. Idem.

Tubalcham Muſicæ repertorem ſcribit Moyſes. Græci Pythagoram Linum Czetum & Amphionem. Hic primus artem inuenit Ferrariam Malcator & Faber in omnibus operibus æris & ferri. Gene. x.

Tagem quendam Etruſis Aruſpicinæ diſciplinam tradidiſſe uulgatũ eſt primũ. Lucanus et ante eũ Cic.

Tuſcos ſtatuarum inuẽtores in Italia primos perhibet. Caßiodorus.

Tyrrheni Tubarum uſum inuenere primi, de quo Vergilius. Tyrrhenuſq; tube mugiens per æthera clangor. Symphoniam inueniſſe traduntur. Iſidorus.

Tirbani Epiri Regem leges & Senatum Magiſtratuſq; annuos & Reipublicę formam ſuis primum inſtituiſſe. Iuſtinus refert.

Thelali omnium primi æquos freno domuerunt. Mare nauigio infeſtarunt. Aureos nummos atq; argenteos fabricarunt. Lucanus.

Triptolemus apud Eleuſinos frumenti ſationẽ reperit regnante Athenieñ. Erictonio. Ouidius & beatus Auguſtinus atq; Iuſtinus referunt.

Tarquinius Superbus tormentorum genera uaria primus excogitauit. Latinas ferias inſtituit. Regũq; Romanorum primus exilium meruit. Plinius.

Theodorus Coriarius primus Romæ dicere auſus eſt Chriſtum purum fuiſſe hominem. Euſebius.

Vulcanum in fabrili arte Gentiles auctorem perhibent. Currum primus reperit. Fulgentius.

Volſci primi omnium Attelanarum uſum inſtituere.

Varius Eliogabalus Imperator primus omniũ mulierem loco uiri in Senatu ingredi fecit. Menſas & capſas argenteas cacabos & centenaria uaſa obſcenis ſculpta ſtematibus primus habuit. Oloſerica ueſte primus eſt uſus. Symma in terra ſternere primus inuenit Libidinum noua genera quædam, ut ſpintrios malorũ ueterũ uinceret primus excogitauit. Iampridus.

Victorinus orator Iſagogas in Latinum uertit ex Græco. Commentum ſuper hijs Boetius edidit. Iſido.

Xenocrates philoſophiæ ſcholas primus aperuit eum ante eum per porticus ambulantes philoſophiæ dogmata tractabant.

Zenon philoſophus Stoicorum ſectam primus inſtituit. Iſidorus.

Zoroaſtes Bactrianorum Rex Magicæ diſciplinæ artes primus inueniſſe traditur. Quas poſtmodum Democritus ampliauit. Mundi principia ſyderumq; motus diligentiſsime ſpectaſſe, ut Iuſtinus refert. Septemq; Liberales Artes in. xiiii. columnis Eneis & Lateritijs ſculpſiſſe aduerſus utrunq; diluuium. Iſid.

Zetus philoſophus apud Græcos primus in Arte Muſica claruiſſe traditur. Idem.

Exigit ordo ut nuncupatis quarundam rerum uel artium inuentoribus, & conditores certarum urbium

aut prouinciarum adijciantur. Et ut facilius urbis cuiuſq; aut Prouinciæ exortum, & quo auctore prodierit quiſq; capiat ipſarum ciuitatum & Prouinciarum nomina per literas ordiar. Moxq; conditoris nomen addiciam.

Incipit Secunda Pars.

ARCHAD Aſſyrię urbē Nembroth Gigantem fundaſſe. Geneſis ſcriptura admonet.

Arachen urbē in Arabia Rechem Madianitarum Rex ædificauit, & de ędificantis Regis nomine eſt ſortita uocabulum hanc Græci dixere petram. Ioſephus.

Aroer trans Iordanem à filijs Gad conditam eſſe numerorum liber continet.

Arininam in terra Galadinorum conſtruxit Moyſes. Ioſephus.

Aromei quos Græci Syros uocant, Arain filium Sem auctorem nuncupant. Quorum Metropolis fuit Damaſcus. Io.

Arabes ab Iſmaele filio Abrahę traherunt originem. Ioſephus.

Amanitæ ab Amon filio Loth in conualle Syriæ inſtituti ſunt. Idem.

Arbæ Iudææ urbs à Gigantibus condita traditur ſeptem annis antequam Tanis ab eiſdem in Aegypto fundaretur. Iſidorus.

Arocaſtam urbem iuxta Erymanthum in die una conſtruxit Nini uxor Semiramis. Solinus.

Amazones Scythas progenitores perhibēt. Iuſti.

Alexandria in Aegypto prius Neo dicta iuxta Iſiderum à magno conditur Alexandro. Solinus.

Alexandriam.xxx. millia ſtadia ambientē in caucaſo monte inſtituit Alexander. Idem.

Alexandriam tertiā in prouincia Mediæ in Sogedianorum finibus ad conteſtandos itineris terminos. Idem condidit Alexander. Idem.

Aſor Syriæ urbem fundauit Salomon, ut in tertio Regum legitur. Io. Idem.

Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani Aracheus filius Chanaam condidit. Iſidorus.

Achilleon oppidum in Retheo minoris Aſiæ littoræ ad Cheſali Ducis Tumulum Athenieñ. & Miteleni conſtituerunt. Solinus.

Antiochia in Syria à Seleuco Syriæ Rege Antiochi filio in honorem patris fundata et noīata eſt. Iuſt.

Aeantiū oppidū in Retheo Frigiæ littoræ in honorē Aiacis Salaminij ibi ſepulti rodij cōſtruxerūt. So.

Apamia prius Celenæ dicta oppidū, poſtea à Seleuco Syriæ Rege conſtructo in Apamiā tranſiit. Idem.

Archelaïs Capadociæ urbs à Claudio Cæſare deducta eſt. Solinus.

Antipatridam in Palæſtina Syriæ in honorem patris fundauit & nominauit Herodes. Io.

Anchialē Aſiæ urbē cōdidit Sardanapalus. Beda.

Athenæ in Græcia ædificantur à Cecrope uocanturq; Cecropia, ſed Amphitrion, qui poſt Cecropem tertius regnum tenuit eam urbē Mineruæ conſecrauit, & de nomine eius quod Athena eſt illi uo=

cabulum indidit. Iuſtinus.

Argos Græciæ urbem condidit Dionyſius, ſed ab Argo Rege Apis filio denominata eſt hoc nomine. C.

Aenos urbs Thraciæ ab Aenea profugo conſtruitur. Pomponius Mella, & Vergilius, licet alij aliter.

Abderam Cretæ urbem Cretenſium Rex Abderas cõdidit à qua Democritus philoſophus ducens originem Abderites dictus eſt. Pomponius Mella circa Thraciæ deſcribẽs loca inquit, Abderã Diomedis Tyrãni Germanã hanc cõſtruxiſſe urbẽ et denominaſſe.

Ardea urbs Italiæ à Dane Acriſij Argiuorũ Regis filia traxit originem. Solinus octauo decimo lapide ab urbe diſtans.

Alba longa ab Aſcanio Aeneæ filio conſtruitur in Italia. Idem & ante eum Liuius.

Anchonam Italiæ urbem Siculi condidere. Idem ſed ſecundum Papiam Dolopes.

Adriam Græci in Italico conſtruxere ſolo, quæ Adriatico mari et Adriano principi dedit nomẽ. Idẽ.

Arpos in Apulia à Diomede fundatur. Idem & poſt eum Seruius.

Aritiam in Lacio Archilocum Siculum inſtituiſſe & denominaſſe, Solinus refert homine adhibens teſtimonium. Alibi tamen à Tirijs conditam eſſe tradit.

Archipena in Italia à Marſia Lydorũ Rege conſtructa eſt, et hiatu terræ in Fucinũ lacũ abſorta. Idẽ.

Agilinam Italiæ urbem condidere Pelaſgi, qui primi literas attulerunt in Latium. Idem. Hæc poſtmodum Cere dicta eſt. Iginus.

Armena prouincia ab Armeno Theſſalo Iaſonis

cum ad Colchos profectus eſt Comite poſt Iaſonis interitum condita & nominata eſt.

Auguſta prætoria in Italia conſtruitur ab Augu.

Alexandriam in Lyguria Italiæ Regione Mediolanenſi, Placentini, & Cremonenſes, in fauorem Alexandri Papæ huius nominis tertii contra Papiam conſtituere.

Arelatum in Gallia proprij cõdidere Coloni. Iſid.

Ambianis Galliæ urbs à Pio cõſtruitur Antonino.

Aquileiam Italiæ urbem in Forouilieñ. ſolo populus Romanus deduxit Coloniam. Liuius.

Abelani Calcidentium Coloni ſunt. Iuſtinus.

Alicarnaſſos Eariæ prouinciæ urbs Argiuos conditores habet. Mella.

Azecham in Iuda ædificauit Roboam, ut in ſecundo Paralipom. traditur.

Aquas Sextias uicta Saluinorum gente Cecilius ſextus Coloniam condidit, & ob aquarum copiam calidis frigidiſq; fontibus noĩe ſuo denominauit: Florus.

Aradium oppidum in Inſula à Fenices littore modico freto ſeparatam Aradius filius Canaam condidit & nominauit. Iſidorus.

Argirippam in Apulia condidit Diomedes.

Babylon ciuitatem magnam, apud Euphratem condidit Nembroth gigas Noe pronepos, quam Semiramis Nini uxor muro cinxit et ampliauit Turris Babel inchoauit ædificium. Ioſephus.

Bethleem prius Euphrata dictam in Iudæa cõſtruxere Iebuſei. Iſidorus. In ſecundo Paralipom. ſcribitur, quod Roboan conſtruxit eam, & muro cinxit.

Bethel Samariæ urbs quæ Luza, antea dicebatur Iebuſeos conditores habet. Idem.

Bactrum oppidum in maiori Aſia Bactrianos Scytharum exules inſtitutores habuit ſic eum à Bactro fluuio nominantes. Solinus. Vel Salem filium iuxta Iſidorum.

Bethoron quam Ioſephus Bideioram uocat, & Baleth Syriæ urbes fundauit Salomon, ut in tertio Regum legitur. Ioſephus idem.

Baeth trans Iordanem filii Ruben conſtituere, ut Numerorum liber continet.

Boſor in Arabiæ finibus initiauit Moyſes. Ioſeph.

Bethanaram & Betharam trans Iordanem ædificauit Gad, ut libro Numerorum legitur.

Belmeo & Baal urbes Syriæ trans Iordanem filios Ruben fundatores referunt. Ibidem.

Bucefalam urbem in India in æqui ſui memoriam Ibidem occiſi ſtatuit Alexander. Iuſtinus.

Bachen aliam urbem in Indi fluminis hoſtio ob monumenta rerũ à ſe geſtarũ. Idem Alex. inſtituit. Idẽ.

Babyloniam in Aegypto Cambiſes Cyri prioris filius condidit Tarquinii Priſci temporibus. Idem.

Bithiniam in Ponti exordio fundauit Fenix. Quæ prius Bebricia inde Migdonia nonnunquam Mirandina dicta, ſed demum à Bithino Rege Bithinia nuncupata. Annibalis ſepulchro inclyta. Idem.

Bernicen Aegypti urbem Bernice, quæ tertio Ptolemæo nupſit muniuit, et in maiori Syrti locauit. Sol.

Betharãtã Syrię urbs ab Herode Tetr. muro ſepta eſt, et ex nõie Iuliæ uxoris Tyb. Cæſ. Iulia dicta. Ioſ.

Bethſaidam proximam ſtagno Geneſareth Philippus Tetrarcha ædificat & dignitatem ei ciuitati attribuit atq; incolis repleuit Iuliamq; omonimã à nomine Iuliæ Tyberij Cæſaris filiæ uocitauit. Idem.

Bizantium Thraciæ urbem quæ poſtmodum à magno Conſtantino Conſtantinopolis dicta eſt Pauſanias Spartanorum Dux condidit Tullij Hoſtilij tempore. Iuſt. Methodius ſcribit Abuſa quodã Bizãtiũ cõditũ.

Brunduſium in Apulia à Diomede fundatur, & Aetholis dictum à Brunda quod Cerui caput ſonat urbis enim huius forma Cerui cornua caput & linguam oſtentat. Iſidorus.

Brucij Græcos auctores habent à Brucia muliere denominati. Iuſtinus.

Beneuentum in Samno Italiæ regione cõdidit Diomedes. Solinus & Seruius.

Brixiam Galli Tarquinij Priſci tempore in Italia conſtruxere. Liuius.

Bononia in Ciſalpina Gallia Italiæ parte à Romanis Lucio Valerio Flacco. Marco Attilio Seranno. l. Valerio Cappo, ex Senatuſconſulto Colonia deducitur ante diem tertium Kalendarum Ianuar. Anno ab urbe condita Quingenteſimo. Idem.

Berceam in Syria Seleucus Rex condidit. Beda.

Calach Aſſyriæ urbem fundauit Aſſur filius Sem poſtq̃ egreſſus eſt de terra Sẽnar, ut Geñ. x. legitur.

Callanne in Aſſyria ædificauit Nembroth Gygas ut in libro Geneſeos habetur. Hæc poſtmodum à Seleuco Rege Syriæ Seleuchia dicta eſt.

Cizicus urbs Aſiæ à Sardanapalo Aſſyriorum

Rege conſtructa traditur.

Cyprus Inſula prius dicta Cechinia, Cechini nepotem Iaphet, & Ianũ filiũ conditorẽ habuit. Ioſephus.

Chaldei ab Arphaxat filio Sem ſunt exorti. Iſido.

Carnatarim trans Iordanem filij Raphen conſtruxere, ut in libro Numerorum legitur.

Cyrenæ Libyæ urbs ab Ariſteo Lacedæmone, qui dictus eſt Bactus fundata traditur anno poſt Troiæ excidiũ. D.lxxxvi. Iuſt. Sed ſecundũ Bedã tpe Aoth Iudicis Hebræorũ. Alij q tpe Anchi Regis Romani. Iſid. A Cyrenę Regina Libyæ cõditã et uocatã dicit.

Cadruſium oppidum in Caucaſo monte à Magno conſtruitur Alexandro. Solinus.

Carra in Meſopotamia à Parthis eſt condita, ubi ſub Duce Craſſo Romanus eſt cæſus exercitus. Iſido.

Cæſaream Capadociæ Perſeus ædificauit. Idem.

Clophon urbem in Syria Mopſus filius Manthos Tireſiæ Vatis filiæ inſtituit. Mella.

Capua à Capi Albano rege ĩ Cãp. cõditur. Verg.

Caietam in littora Campanię in honorem defuncti ibidem nutricis extruxit Aeneas. Idem.

Cume ab Euboenſibus à Calcide Gręciæ urbe profugis ædificatæ ſunt in Campania. Sol.

Corinthus in Achaia fundatur à Siſipho prius Epira dicta, ut quidam uolunt, uel à Corintho Oreſtis filio, ut placet Iſidoro.

Coram Italiæ urbem conſtruxit Dardanus. Solin.

Croton Miſcellum quendã auctorẽ perhibet urbs eſt Italię. Idem. Ezechię Regis Iuda tẽpore fundata.

Clupeam Africæ urbem conſtruxere Siculi eamq;

primum nominarunt Aſpidam. Idem.

Carthaginem Africę urbem, alterum poſt Romam decus, ut in Senatoria oratione Cato autumat Iliſſar mulier gente Phenix extruxit, quam Cartadam quod nouam Phenicum more exprimit, Ciuitatem nuncupauit. Sed mulier poſtmodum Eliſſa urbs Carthago dicta. Solinus. Anno. C. xliii. poſt Troianum excidiū, ut ſcribit Beda Dauid regnante. De ædificatione urbis hu ius ſiue ædificationis tempore diuerſa reperiuntur, ut alibi ſcripſi.

Cæſaream Syriæ Palæſtinæ urbem, quæ prius turris Stratonis dicebatur. In honorem Cæſaris condidit et inſtaurauit Herodes. Ioſephus.

Camerina in Apulia conſtructa eſt à Phocenſibus. Solinus. Tarquinii Priſci temporibus.

Cæſarea Auguſta Terraconenſis Hiſpaniæ oppidum à Cæſare Auguſto conditū et nominatū eſt. Iſid.

Caralis Sardiniæ urbs ab Ariſto quodam poſt Sardini Herculis & Noracem Mercurii filios regnum. Ibidem occupantes condita traditur. Solinus.

Caulona à Crotonienſibus inchoat in Italia. Solinus & Mella.

Carthaginem apud Hiberos condidere Pœni ſub Haſdrubale Duce. Solinus.

Cere Italiæ urbs, & plurimi Latinorum populi Aeneam conditorem habent. Iuſtinus.

Comum in Lyguria Italię prouincia Galli Senones conſtruxere Romæ Priſco regnante Tarquinio. Liu.

Calcidon urbs Calabriæ Corinthios auctores ſuos perhibet temporibus Numæ.

Coſas in Italico ſolo fundauere Romani. Liuius.

Cingulum Picem oppidũ à Tito Labieno tẽporibus Cæſaris et Pompei ſumit exordiũ. Iulius Cæſ. ꝑhibet.

Colonia Agrippina fundatur in Ger. ab Auguſto.

Cæſaream Mauritaniȩ Iuba Maurorum Rex in honorem Auguſti Cæſaris cõſtruxit et nomen dedit.

Choum oppidum Carphatius condidit.

Cocho in Iuda edidit Roboam, ut Paralipo. ii.

Catina in Sicilia temporibus Romuli conſtruitur, quæ uulgo Catania dicitur.

Cremonam in Lyguria Italiæ prouincia inſtituere Romani circa finem primi Punici belli. Liuius.

Cales in Auſonia Italia ſoli Romanos gloriatur auctores. Liuius.

Cocles nobilis Syriæ ciuitas Amareum filium Canaam perhibet conditorem. Iſidorus.

Capadoces à Moſoch filio Iaphet exorti ſunt, unde et urbs quædã apud eos uſq; nũc Meleca dicitur. Iſid.

Cæſaream Philippi quæ & Paneas dicitur Prouinciæ Fenicis Philippus Herodis frater in honorem Tyberij Cæſaris condidit & nominauit. Idem.

Capſam urbem in Fenica Herculem conſtruxiſſe ferunt Regijs Theſaurio contra opulentiſſimã, quam Marius conſul dolo circumuenit & cœpit. Oroſius.

Daſen Aſſyriorum urbem filius Sem condidit inter Niniuem & Calach. Geneſis. x. legitur.

Damaſcus à Danaſco filio Eliezeæ procuratoris Abrahæ conſtructa eſt. Quæ in omni Syria tenuit principatum. Iſidorus.

Dardaniam in Syria fundauit Dardanus. Idem.

Dio Aegypto urbis adiacens Alexandrũ magnum inſtitutorem perhibet. Macrobius.

Daunos in Italia Cleolais Minois filius ſtatuit. So.

Dioſcora Colch. urbs Amphiaticũ et Circiũ Caſtoris aurigas, q dicebãtur Dioſc. aſſerit fũdatores. Sol.

Dibon urbem Syriæ trans Iordanẽ Gad filios ædificaſſe numerorum liber inſinuat.

Dache Gothorum ſe Sobolem aſſerunt. Iſidorus.

Dirachium Epiri urbem prouinciæ Græciæ, quæ prius Epidanius dicebatur conſtruxit. Idem.

Door urbs quondam potentiſsima Syriæ, inde turris Stratonis dicta, poſtea reſtaurata ab Herode in honorem Cæſaris Cæſarea nuncupata eſt. Idem.

Enoch urbem in India Cain ſub nomine Enoch filij ſui ædificauit, ut Gene. liber continet. Quem ſola multitudinem ſuæ poſteritatis impleuit iuxta. Iſidorus.

Edeſſam Meſopotamiæ urbem Nembroth gigas conſtruxit, poſtquã de Babylone migrauit. Quæ ante Iareth fuerat cognominata. Iſidorus.

Ebron quæ & Mambræ quondam Arbæ dicta in Iudæa condidere gigantes. Idem. In ſecundo Paralipo. legitur, q̄ Roboan extruxit eã & muro cinxit.

Aegyptij Meſraim filium Chus filij Noe auctorẽ perhibent, nam & Merſim Aegyptus, & Merſei omnes uocantur Aegyptij. Ioſephus tradit.

Ethã in Iudæa cõſtruxit Roboã, ut. ii. Parali. leg.

Eolii qui Græci ſunt Eliſan filiũ Iani filii Iaphet cõditorẽ ſuũ iactãt et de noĩe eius ſe dictos autumãt. Io.

Aethiopes Chus filium Cham Noe nepotẽ auctorẽ hunc & Cuſei à ſeipſis, & Aſianis omnibus nuncu=

pantur, ut refert Ioſephus. Chus enim Hebraica lingua Aethiops interpretatur, iuxta Iſidorum. Qui Aethiops à Dan filio rema pceſſiſſe ſentire uidetur.

Eliopolis ĩ Aegypto fũdata eſt à filiis Iſrael. Idẽ.

Eſebon & Eleale in Syria trans Iordanẽ filii Ruben conſtruxere ut Numerorum liber inſinuat.

Epheſus in Aſia minore ab Amazonibus originẽ traxit. Mella & Iuſtinus referunt. Beda uero Andronico quodam editam ſcribit. Tempore Dauid.

Epirus Thraciæ urbs à Piro Achillis filio condita & cognominata eſt. Iuſtinus.

Edeſſam in Syria conſtruxit Syriæ Rex Seleucus ſecundũ Bedam. Iſidorus tñ ſcribit, q̃ hanc condidit Nẽbroth gigas, ut ſupra in. ii. loco huius lat. alterius.

Eupatoria Paphlagoniæ ciuitas à Mithridate Pontico Rege ſumpſit exordiũ. Sed illo poſtmodũ à Pompeio ſubacto dicta eſt Pompeiopolis. Solinus.

Emeritam in Hiſpania Auguſtus Cęſar Luſitania capta conſtruxit. Eo dictam q̃ ueteranos milites, qui Emeriti nominantur ibi ſedes habere conſtituit. Iſid.

Emporias in Hiſpania Græci à Phocide profecti conſtruxerunt. Liuius.

Eleuſin Græciæ urbem Ogigus Rex condidit nomenq; urbi dedit, & tempori ſub ipſo nanq; uigens fuit Diluuium quod Ogigi dictum eſt. Iſidorus.

Filadelphiam Arabiæ urbẽ cõdidit Raphaim gens antiquiſſima, quam deleuere filii Loth. Iſidorus.

Fiton ciuitatem Aegypti. Fincaſtramin deſerto ædificauerunt filii Iſrael.

Fingis ciuitas Africæ Elixanteum quendam habet

auctorem quẽ Hercules lucte peremit certamine. Iſi.

Feſteninũ oppidũ ab Argiuis cõditur ĩ Italia. Sol.

Fidene à Tyrijs conſtruuntur in Latio. Idem. Vel à uenientibus ſic dicta, quia eius conditores ſidenter Tyberini tranſierunt. Iſidorus.

Faliſci manarunt à Calcidenſibus, ut Iuſtinus refert. Vel ab Aleſo Argiuo iuxta Solini ſententiam, atq; Naſonis, & Seruij.

Falerij ab Falerio Argiuo originem traxere iuxta Solini traditionem.

Fanuel Syrię urbem fundauit Ierboan, ut in tertio Regum legitur.

Fregellas in Auſonia conſtruxere Romani. Liui.

Faros in Alexandria Aegypti à Cæſare dictatore Colonia deducta eſt. De qua accenſis facibus nocturna dirigitur nauigatio. Solinus.

Ferraria urbs Italię in Lombardico ſolo data ſibi à Vitaliano Papa Epiſcopo ciuitas ordinata eſt, Conſtantino huius nominis quarto Imperio præſidente. Anno Dominicę Natiuit. de. lv. Richobaldus.

Galathæ Aſiatica gens, qui prius Gomoritæ dicti ſunt. Gemer, Iaphet filium originis ſuæ prætendunt auctorem. Ioſephus.

Getulli Africæ populi Sinlei quinq; nominati Eiulam filiũ Chus gentis ſuæ inſtitutorẽ perhibent. Ioſe.

Garama Africæ oppidũ à Garamante Rege Apollinis filio fundatũ eſt, et Garamãtes populi noĩati. Iſi.

Garilalim in Bethaida Syriæ Regione fundauit Moyſes. Ioſephus.

Gazara urbs Syrię Salomonem conditorem origi=

nis ſuę refert. Idem.

Gelam in Sicilia Heraclides condidere tpe Numę.

Gazam in Paleſtina Syria inſtituerunt Euci ſic di ctam, quod Cambiſes Perſarum Rex theſauros ſuos ibi repoſuit cum bellum inferret Aegyptijs. Perſarũ enim lingua Gaza theſaurũ ſonat. Iſid. et Mel. prius.

Gabij in Gallatio & Ibio Siculis fratribus in Au= ſonia radicati ſunt. Solinus.

Gelinis in Sicilia cõſtructa eſt Tullij Hoſtilij tpe.

Gades Hiſpaniæ Inſula eſt à continenti ſeptingen tis ferè paſſibus abſciſa. In hac Tyrij à Rubro profe= cti mari urbem, quam Erythream dixerunt cõdidere. Pem deinde lingua ſua Gadir, ideſt ſepem eam nomi= nauerunt. Mella & Solinus.

Geſa Inſula eſt, & à Cyconibus Condita.

Geth & Gith Iudaeæ urbes conſtruxit Roboan, ut ſecundo Paralipom. habetur.

Gothi à Magog filio Iaphet originem traxiſſe creduntur. Iſidorus.

Heraclea Pontica urbs, ut Iuſtinus tradit, à Boe= tijs conſtruitur. Vel iuxta Euſebiũ à Lacedęmoniis. Vel ab Argiuo Herculę & Mellę ut Põponio placet.

Hipponem Regium in Africa prius à Græcis Be= rion dictum. Item Hipponemalium de interfluenti fre to Diaritum nuncupatum oppida nobiliſſima Græci Aequites condiderunt. Solinus.

Hadrumetum Africæ urbem populus à Tyro pro= fe ctus extruxit. Idem.

Heracliũ oppidũ Alex. Mag. in Caſpiis excitauit ꝙ ab icolis euerſũ eſt. Sed poſtmodũ ab Antioco rege

Syriæ reſtitutum, ut is uoluit Achais noĩatũ eſt. Idẽ.

Hiſtria Colchis qui ad Argonautas perſequendos ab Oecha Rege miſsi fuerant traxere originẽ ab Hiſtrianis uocabulo quo à mari conceſſerant nuncupati. Idem. Tullii Hoſtilii tempore.

Heretium in Italia in honorem à Grecis conditum Iunonem enim ſic Græci uocant. Idem.

Hoſtiam in exitu Tyberis conſtituit Anchus à Sytu dictam quæ & peregrinas merces exciperet, & hoſtes excluderet. Liuius.

Hiſpalim urbẽ in Hiſpania Iulius Cæſar extruxit ſic dictã q; Paluſtri fundatã ſolo palis eſt locata. Iſid.

Hiſtrus in Ponto conditur Tullii Hoſtilii tẽpore.

Herodium Caſtrum in Syria fundauit Herodes in memoriam uictoriæ qua ibi potitus eſt, & id de nomine ſuo dici uoluit. Ioſephus.

Ieruſalem, ut Iudæi aſſerunt, à Sem filio Noe in Syria conſtructa eſt dictaq; Salem, quam poſtmodum incolentes Iebuſei Iebus nuncupare. Quibus nominibus uinctis Hieruſalem reſultauit uocabulum dicunt enim hunc Sem fuiſſe Melchiſedech, qui & Rex iuſtus dicebatur. Io. Ege. & Iſidorus.

Ierico Syrię urbs condita à Iebuſeis traditur, & inde ſumpſiſſe uocabulum. Idem.

Iaſer urbem in Syria trans Iordanem filios Gad inſtituiſſe numerorum liber continet.

Ianiculũ in Italia à Iano quodã ſumpſit initiũ. Sol.

Ilion in Phrygia Ilus Apollinis fil. cõſtruxit. Iſi.

Ioopem in Palęſtina Syria Palęſtini cõdidere, ubi Andromede ſexum oſtenditur oppidum toto orbe antiquiſsimum

tiquiſsimum, utpote ante terrarum inundationem conditum. Solinus & Mella.

Iapiga urbs Italiæ ab Iapiga Dedali filio exordium ſumpſit & nomen. Solinus.

Inſula urbs Italica conſtruitur ab Ionibus. Solin.

Icoſium Cæſarieñ. Mauritaniæ oppidum uiginti, ex Comitibus Herculis ab ipſo inde tranſeunte diſcedentes conſtruere, & ne quis nomine à ſe impoſito ſingularem gloriam quæreret e numero condentium loco dederunt nomen. Iſidorus.

Ionij Eladiciq; à Iano filio Iaphet deſcendiſſe teſtatur. Ioſephus.

Imola Italiæ urbs in Romandiola à Lombardis condita eſt ex populo oppidi Corneliæ in finibus Emiliæ.

Italiæ primi cultores ab origine Aurunci Pelaſgi Sicaniq; perhibentur, et Vergilius, Solinus, Iuſtinus, atq; Macrobius aſſerunt.

Iethbaa Syriæ urbs trans Iordanẽ Gade filios fundatores habuit, ut Numerorum libro refert Myoſes.

Iobelos, qui poſtea Hebræi nunc Hiſpani dicuntur Iobel, Iaphet filius inſtituit, ut ſcribit Ioſephus, & ſi quidam ex hijs ſuſpicentur Italos. Iſidorus.

Indorum gens à Ietham filio Heber traxit originem. Idem & Ioſephus.

Idumea Regio Palmarum ferax Edon filium Eſau originis ſuæ auctorem perhibet. Idem.

Libyam Futh filius Cham primus inſtituit Futhenſes nuncupans prouinciales. Mutato deniq; nomine Alibio fratris ſui Merfraim filio Libya dicta eſt. Ioſephus, Solinus, & Iſidorus ſentire uidentur, quod

Alibia Epaphi filia nominata ſit.

Leptini in Africa extruxere Tyrij. Iſidorus.

Lacedæmon in Græcia à Lacedæmone filio Semeles condita traditur & nominata. Idem.

Lauinium oppidum in Latio fundauit Aeneas & de Lauine coniugis ſuæ nomine nuncupauit. Vergilius & Solinus cum Liuio.

Locri auaritijs in Italia conſtituti ſunt ſub Numa Pompilio. Solinus.

Laudicia in Syria Seleucum unum ex Regibus, qui Alexandro Magno ſucceßit auctorem. Iſidorus.

Liſimacha urbs Thraciæ à Liſimacho altero ex ſucceſſoribus Alexandri conſtituitur. Iuſtinus.

Lugdunum Galliæ urbs Numatium oratorem Ciceronis diſcipulum conditorem refert.

Laudenſem urbem Italicam in Lombardiæ prouincia Pompeius expiratis inſtituit.

Limades Syriata urbs à Philippo Tetrarcha in honorem Lunæ matris Tyberij Cæſaris et Auguſti coniugis originata eſt. Egeſippus.

Lachis à Roboam Rege Iuda in Iudæa conſtruitur, ut Paralipom. ſecundus liber inſinuat.

Lipara in Inſula ſui nominis Anchi Romani Regis quarti temporibus.

Moſchini qui nunc dicuntur Capadoces à Moſchini filio Iaphet plantati ſunt. Ioſephus.

Moabite Syrorum gens Moab filium Loth habuerunt auctorem. Idem.

Maſegethe à Scythis exorti ſunt dicti Maſegethe quaſi fortes Gete, Iſidorus.

Mauritaniæ princeps Antheus fuit, ut Solinus placet. Mauri à Græcis dicti. Mauron enim Græci Nigrum uocant. Iſidorus.

Magedon Syriæ urbem conſtruxit Salomon, ut in tertio Regum legitur. Ioſephus idem.

Melitain in Cap. fundauit Semir. Nini uxor. Sol.

Memphis in Aegypto condita eſt ab Api tempore Iacob, ut tradit Beda, quæ nunc Damiata dicitur. Vel à Mineo Rege Aegypti, ut placet Ioſ. Vel ſecundum Iſidorum & quoſdam alios ab Epapho Iouis filio.

Mantua urbs Italię à Mantho Tireſie filia inſtituta eſt a Vergilio dicta Mantua, quod tueatur manu. Iſid.

Meſſana in Sicilia Anaſilaum Tyrannum Reginorum conditorem perhibent. Macrobius.

Melapontum in Italia à Pilijs conditur, ut Solinus perhibet. Nam & ferramenta quibus Epios Troianum fabricauit æquum in Mineruæ oſtentat templo, ut Iuſtinus refert.

Maßilia in Gallia à Phocenſibus fundata eſt Tarquinij Priſci tẽporibus. Liuius Mella et Iuſt. referũt.

Melo & Medam Syriæ urbes à Salomone inſtitutas fore libri tertij Regum prodit hiſtoria.

Mediam urbem in prouincia Media à Madeo filio Iaphet conſtructam eſſe ſcribit Ioſephus. Iuſtinus uero & poſt eum Iſidorus à Medo Egei, & Medææ filio inchoaſſe perhibent.

Miletus Aſiæ urbs à Mileto quodam iudicante Debora Iſraeliticũ populũ inſtituitur. Beda et Ouid.

Methaurum in Italia à Zanclenſibus locatum primo Solinus tradit.

Meſappiæ Italicæ Regioni à Meſappo Græco datam originem, Solinus refert, Liciniani adhibens teſtimonium, quæ poſtea in nomen Calabriæ tranſit, ſed in eius exordio Pencentius Oenotrij frater eam Oenotriam nominauerat. Solinus.

Mediolanum Lombardiæ Italiæ nobilis Prouinciæ urbs Gallos Senones fundatores habuit. Sub Tarquinio Priſco. Liuius & Trogus.

Mutinam in Ciſalpina Gallia Italici ſoli, quæ nunc Lombardia dicitur Romani deduxere Coloniã. Liui.

Manfredoniam in Apulia Italiæ Regione Manfredus Federici ſecundi filius conſtituit & nominauit.

Miturnæ Campaniæ urbs in hoſtio Lyris fluminis à Romanis eſt deducta Colonia. Liuius.

Mareſam Iudææ urbem condidit Roboan Rex Iuda, ut Paralipom. ſecundo ſcribitur.

Niniuem Aſſyriæ urbem ab Aſſur fundatam eſſe Geneſeos ſcriptura, & Ioſephus tradunt. Beatus tamen Auguſtinus lib. xvi. de Ciuitate Dei ſcribit. Niniuem à Nino conditam & nominatam, et quod in Gene. legitur dicit, Longe poſt hoc contingiſſe. Quibus magiſter in hiſto. aſſentire uidetur.

Nabathea regio à Nabath filio Iſmaelis filij Abrahæ inſtituta & nominata eſt. Ioſephus.

Nengereth in Iudæa conſtruxere Samaritæ quando de Babylonia profecti ſunt.

Niſam in India apud Indũ flumẽ cõdidit. Dionyſius qui et Liber pater ſic eã nominãs, quaſi Dionyſiã. Iſi.

Nicomedia Bithiniæ urbs à Nicomede Bithiniæ Rege ſumpſit initium tempore Numæ. Iſidorus.

Nezab in India condidere Iudæi.

Nebo urbem Syriæ trans Iordanem conſtruxere filij Rubem, ut Numerorum liber continet.

Nemra in regione eadẽ filij Gad, ut ibidẽ legitur.

Neceam in Iudia Poro deuicta cõſtituit Alex. Iu.

Nicopolim in Meſopotamia Pompeius, Mithridatis belli tempore.

Nicopolis apud Acium ab Auguſto conditur poſt uictoriam de Antonio habitam, ut ſcribit Suetonius.

Narbonã in Gallia proprij cõſtruxere Coloni. Iſi.

Nola in Campania fundatur à Tyrijs, ut Solinus ſcribit. Vel à Calcidenſibus, ut Iuſtino placet.

Nitopolis Palæſtinæ Syriæ, qui prius dicta eſt Emaus, Anno poſt Chriſti Natiuitatem. CC. xx. conſtruitur Marco Eliogabalo imperante.

Numidæ à Perſis deriuati ſunt. Nam Perſę amiſſo Duce ſuo Hercule in Hiſpania nauibus in Africã uecti dum quęrendo ſedes uagarẽtur ſemet lingua propria Numidas nuncuparunt. i. ſine oppido uacuos & errantes. Iſidorus.

Nardi ab Odera filio Sale nepote Abraham originem traxere & nomen. Idem.

Oreg in Aſſyria à Nembroth gigante traxit originem, ut Gene. liber continet.

On Aegypti urbem quæ Eliopolis creditur fundarunt filij Iſrael.

Oliſponam in Hiſpania Vlyſſes cõdidit, qua Cœliũ & maria, ut tradũt Hiſt. diſtinguuntur à terris. Sol.

Olbiam oppidum Iolaus Herculis nepos ex Iſiclię fixit et conſtruxit. Qui ingreſſus Sardiniã palantes

incolarum animos ad concordiam oblanditus eſt. Sol.

Odolla in Iudæa à Roboan Rege Iuda conſtructa eſt, ut Paralipom. liber ſecundus continet.

Palmiram in ſuperiore Syria in loco ſolitudinis fundauit Salomon, quam nuncupauit Theodamor, ſed hanc Græci dixere Palmiram, ut in tertio Regum legitur. Ioſephus idem.

Philiſcum in Syria Palæſtina Alophili fundauere. Ipſa eſt Aſcalon. Iſidorus. Nõnulli Cesloim nepotem Cham auctorem perhibẽt quos antiqui Alophilos nos corrupte Palæſtinos uocamus.

Ptolemaidem in Aegypto Aegyptij Reges, unde & ſumpſit uocabulum. Idem.

Peloponenſem Græciæ urbem Argiuorum Rex Pelops, unde & prouinciæ nomen inditum. Idem.

Paneadam circa Iordanis fontem Philippus Tetrarcha conſtruxit, eamq; nominauit Cæſareã. Ioſe.

Petilium in Calabria Philoteta. Solinus.

Pompeia ab Hercule à Pompa recuperatarũ boum in Campania condita & denominata. Solinus.

Piſæ in Italia à Pelopedis conſtruuntur. Idem.

Parthenope poſtmodum ab Auguſto dicta Neapolis à Virgine quadam ſic dicta ibiq; ſepulta. Idem.

Præneſte urbs Itala a Præneſte Vlyßis Nepote. Latini autem filio exortum cœpit, ut Zenodotus quidam tradere dicitur. Vt Præneſtini uero libri ſonant a Ceculo Vulcani filio, de quo Verg. Nec Præneſtinę fũdator defuit urbis Vulcano genitũ etc. Ceculus. So.

Palinurum in Sicilia Aeneas cõdidit, et de nomine Gubernatoris Claßis ſuæ ibi ſepulti annotauit. Idem.

phaſellum in Palæſtina Syria ab Herode conſtrui
tur uel reſtauratur. Ioſephus.

Portus Parthenius in Italia a Phocē. iuxta Solini traductionē. Vel a Parthenio Partheniorū Duce. Iſi.

Peruſia ab Acheis in Tuſsia. Iuſtinus.

Parma a Romanis in Ciſalpina Gallia, ut placet Liuio. Scribunt quidam quod a Griſopolo quodam prima iacta fuerint fundamenta.

Penſaurum in Italia a Romanis eſt conditū. Liui.

Policle a Comitibus Herculis. Solinus.

Peſcum ab Orienſibus. Idem.

Poleutia. Placentia. Poſsidonia. Pontia a Romanis fundatæ ſunt. Liuius.

Palatium oppidum in uno de ſeptem montibus Romæ Arcades in honorem Pallantis principis ſui conſtruxerunt Palatiumq; nominauerunt. Idem.

Pictanim in Gallia proprij cōſtruxere coloni. Idē.

Perſepolis in Perſide a Perſeo fundata eſt, et regni caput īſtituta a quo et nomē, orta ē ꝓuincia. Idē.

Parum in Græcia Euſtiphonius Carphacij filius condidit. Idem.

Pellam in Syria Seleucus. Beda. Pellam autem in Aegypto condidit Alexander.

Phaſellus in Pamphilia Nume tempore conſtruitur a Mopſo. Mella.

Pruſias in Bithinia Anchi tempore conditur.

Ferintus in Italia Priſci Tarquinij tempore.

Politorium Italię urbē Polites Priami filius quem a Pyro ante patris ora occiſum Vergilius refert. Conſtruxit, ut Cato in originibus tradit et recitat. Seru.

Potētia in Piceno à Rom. Colonia deducta eſt. Li.

Perſeidam urbem in poema Philippus Macedonū Rex condidit, & ut Perſeo filio ſuo haberetur honos illam de nomine ſuo dixit. Idem.

Roma à Romulo fundata eſt. xi. Kalend. Maias, ante Domini noſtri IESV CHRISTI Aduentum. Anno. M. CC. lii. iuxta Oroſii computationem. De prima autem urbis huius fundatione & fundatoribus uarie ſunt opiniones, quas qui noſcere uult Solinum legat. Sed hæc eſt Varronis ſententia.

Rauenna in Italia à filijs Nembroth gigantis conſtructa traditur tēpore Heber in ſecunda mundi ætate poſt Diluuium. Annis circiter. CCCC. lii. ante urbeni conditam. M. VII. xlv. uel circa.

Rameos in Aſſyria Rama filius Chus īſtituit. Ioſ.

Ripheis quas Paphlagones uocant Riphat filius Gomer filij Iaphet dedit originem. Idem.

Rodos à Dodarni filio Ianon & nepote Iaphet fertur cōdita, ut pla. Iſi. Alibi uidetur dicere q̃ à Cecr.

Roboth Syriæ urbem ædificauit Aſſur egrediens de terra Sennaar. Beatus Auguſtinus.

Roth in Syria trans Iordanem filij Gad conſtruxere in Regno Seom Amorrei, & Og Regis Baſam, ut Numerorum liber docet.

Rameſen in Aegypto fundarunt filij Iſrael.

Regium in Calabria Calchidenſes. Solinus.

Regium in Lombardia.

Syri Aram filius Sem gentis ſuæ auctorem perhibent à quo Aramei nominati ſunt. Sed Græci nunc eos Syros dicunt. Ioſephus.

Sabeos Saba filius Chus īſtituit et nominauit. Idē. Saba nunc interpretatur Arabia, ut docet Iſidorus.

Scythas à Græcis ſic dictos. Magog filius Iaphet. Magogas à ſe nominatos extruxit. Ioſephus.

Sabatheni quos Aſcobaros Græci uocant à Sabatha filio Chus originem traxerunt & nomen. Idem.

Sarmatæ quos Græci Reginos uocant Aſeanas filium Gomer originem eis dediſſe referunt Aſthenezoſq; cognominaſſe. Ioſephus.

Sitopolis in Palæſtina à Libero perhi[illegible]tur condita, ſed dicta q̄ Scythas incolas primum habuit. Solinus. Egeſippus autem ſcribit à Scythis conditam & Piane Scythicæ conſecratam.

Soſa Syriæ urbs à filijs Gad trans Iordanem conſtructa fuit, ut libri Numerorum prodit hiſtoria.

Sidonem Syriæ urbem opulentiſſimam Phenices à Rubro profecti mari conſtituere à piſcium multitudine trahentem uocabulum. Nam Sydon piſcem Phenices uocant. Iuſtinus. Ioſephus ſcribit Sydonem Chananei filium. Ciuitatem ſui nominis fabricaſſe in Phenice quem Iſidorus ſequitur.

Seleuchiam in Syria Seleucus condidit unus ex proceribus Alexanderi, quæ prius Calamię dicta fuerat à Nembroth gigante fundata. Iſidorus.

Samariam à qua omnis adiacens Regio ſumpſit uocabulum Aſſyriorum Rex Senacano edidit. Idem.

Sichem quam Siciniam Græci & Latini uocant cōſtruxit Emcr eam de nomine filii ſui uocitans. Ipſa nunc Néapolis eſt Samarię urbs. Idē. Sichem in monte Ephraim ædificauit Roboan, ut in. iii. Regum leg.

Suſis a Suſi amne cui inſidet dicta eſt. Quam Menonis, ut Auicen. frater, uel pater in Perſidæ condidit, ubi Cyri Regia miro cõſtructa operę inſitur. Idẽ.

Seres Orientis oppidum regioni genti & Serico, quod de arboribus colligitur uocabulũ indidit. Idem.

Sebaſtia primum dicta Samaria, quam Antiochus ſolo æquauerat ab Herode in Auguſti honorem a fundamentis erecta eſt Auſtaq; dicta, quod ſermone Grę co Seboſtiam ſonat, ubi Eliſæ, Abdię, prophetarum, et Ioannis Baptiſtæ Corona ſepulta eſt. Idem.

Smirnam Homeri patriã in minore Aſia cõſtruxit Theſtus ſic dictã ꝙ Hermus ſtu. eius ſecat rura. Idẽ.

Seleuchiam in Iſauria fundauit Alexãder, et Alexandriam nominauit. Sed poſtea a Barbaris exciſam Antiochus Seleuchi filius reparauit, & uerſo nomine Seleuchiam dixit. Idem & ante eum Solinus.

Semeron in uertice montis Semerin Syriæ Amri Rex Iſrael edidit, & de montis nomine urbem nominauit. Beatus Hieronymus.

Sochum Syriæ uicum Samaritæ de Babylonia profecti extruxiſſe dicuntur.

Salaminam in Cypro poſt Troiæ excidiũ Teucer Telamonis filius cũ poſt Aiacis fratris ſui apud Troiã ĩteritũ à patre nõ recipetur in primis fabricauit. Iuſ.

Samos in Samo inſula ab Angeo Lygurgi filio tẽpore Roboam Regis Iſrael conſtruitur. Iſidorus.

Sarraa Iudææ urbs Roboam auctorem perhibet, ut Paralipom. ſecundus continet.

Sparta in Achaia Græciæ prouincia à Spato Foronei filio condita traditur, ut Beda & Iſidorus re-

ſerunt. Sed cum Sparta eadem ſit & Lacedæmon, ut dicit Iſidorus, Cur illa à Lacedęmone hæc Sparto cõſtructa dicatur forte non ſatis conſtat.

Saturnia in Italia à Saturno inſtituta eſt. Solinus.

Sagaris in Calabria Italię prouincia à Locri Aiacis filio. Idem.

Sueſſa à Romanis in Veſcio Campaniæ ſaltu Falernum agrum contingente. Liuius.

Subaris à Corinthijs uel Troezenijs tẽpore Ezechie Regis Iuda. Solinus.

Silaceum ab Athenienſibus conditum eſt. Idem.

Salentini à Litijs. Idem.

Sipontũ à Locrenſibus. Idẽ. Poſtmodũ Vibo dictũ.

Sabinos à Græcis Manaſſe à Sabino dictos Iuſtinus perhibet.

Sextium Argiua condidit Iuuentus. Solinus.

Samnites Græcos auctores præſerunt. Idem.

Saguntum in Hiſpania Græcia Hiacyntho profecti conſtruxere. Quæ poſtea ab Afris Hãnibale Duce diruta eſt. Iſidorus.

Sulmo Naſonis patria Solemum quendam Aeneæ Comitem auctorem perhibet. Naſo.

Siracuſa in Sicilia tempore Romuli. Comeſtor.

Segeſta Siciliæ urbem Aceſtes Troianus ædificauit, & de matris nomine, quæ caſu eum ibi concepit, & edidit nuncupauit. Seruius.

Sinopem Bithinia Anchi Romani Regis tẽpore.

Tamnis Aegypti Metropolis, ubi Moyſes coram Pharaone ſigna fecit, quæ leguntur in Exodo condita fuit a Titanib. i. gigãtibus ex quorũ noĩe dicta ẽ. Iſi.

Thebas Aegyptiorũ Cadimus cõdidit. Vnde Aegypti Regio Thebaida nuncupatur. Thebe autẽ Boetiæ eodem auctore ſunt edite. Vel Boetiæ Thebas conſtruxit Amphion, non quod lyra ſaxa demulſerit, ſed eloquii ſuauitate rupium incolas ad Ciuilis obſequii plexerit diſciplinam. Solinus.

Thermoth urbem in Deſerto conſtituit Salomon.

Tharſum Siciliæ urbem Perſeus Danaes nobiliſſima proles inſtituit. Solinus ſecundum Beda Sardanapalus tempore Oſiæ Iudicis Hebræorum.

Taroth in Syria ultra Iordanem in regno Amorrei, & Baſan Gad filios initiaſſe Numer. lib. cõtinet.

Tyrus in Syria à Sidoniis conditur, qui prius fuere Phenices anno. v. ante Troianum excidium. Iuſtinus ante Templi Hieroſolymitani conſtructionem annis. CC. lx. ut ſcribit Ioſephus.

Thraces à Græcis ſic dictus Tyras filius Iaphet primus inſtituit Tyrenſeſq; denominauit. Ioſephus.

Tenedon inſulam Tenes quidam incoluit, & in ea urbem nominis ſui condidit diffamatus de Nouercæ ſuæ concubitu illuc aufugerat.

Theſiphontem in Parthia in æmulationem Babylonis conſtruxere Parthi. Iſidorus.

Tyberiadem in Iudæa in honorem Tyberii Cæſaris conſtruxit Herodes à quo & Lacus Tyberiadis ſumpſit uocabulum. Ioſephus & Egeſippus referunt.

Theſſalonicam in Græcia fundauit. Theſſalus Greci filius ubi & Regnum tenuit. Iſidorus.

Tarentum Italiæ urbem fundauit Tharas Neptuni filius iuxta Iſidorum. Vel Heraclide, ut Solinus

ſcribit. Iuſtinus quod Lacedæmones qui & Partheni nuncupati ſunt Tullii Hoſtilii tēpore. Nonnulli quod Thares Herculis filius.

Tybur à Catillo conſtruitur in Italia Claßis Euandri præfecto, ut teſtatur Cato, & Solinus recitat. Ab Argo profectus, ut ſcribit Vergilius, hunc Amphiarai filium, qui apud Thebas interiit, refert Plinius.

Thuſculum Thelegonus Vlißis, & Circes filius in Latio condidit. Ouidius.

Tridentum in Italiæ finibus Galli Senones conſtituere regnāte Romæ Tarquinio Priſco. Liu. et Tro.

Titinum in Lyguria Italiæ prouincia Boi, & Inſubres Galli. Eutropius.

Tyrrheni Italiæ populi à Tyrrheno Lydiæ Rege exorti uel dicti ſunt. Solinus.

Terina à Crotomenſibus conditur in Italia. Idem.

Thuſci à Curetis et Lydiis duxerūt originē. Va.

Tarquinam Thuſciæ urbem Spinambri & Theſſali fundauere. Iuſtinus.

Turmarum Italicæ urbs conditorem referunt Philotetem ubi ſepulchrum eius inſitur & ſagittæ Herculis quæ fatum fuere Troianum Apollinis templo monſtrantur. Iuſtinus.

Traconitidem & Damaſcum, Hus filius Aram filius Sem primus, quæ eſt Media Syriæ Palæſtinæq; coniuncta. Ioſephus.

Tinge oppidum Africæ peruetus ab Antheo, ut ferunt fuit conditum. Mella.

Thecna in Iudæa à Roboam conſtruitur, ut Paralipom. ſecundo habetur.

Taracona in Hiſpania a. P. & Gneo Scipionibus, ut Solinus refert, eſt condita caputq; Terraconenſis prouinciæ eſt. Iſidorus.

Vtica in Africa a Tyrijs conſtructa eſt. Iuſtinus.

Veneriam urbem Africæ condidere Siculi, in qua Ericinæ Veneris religiones tranſtulerunt. Solinus.

Venetia urbs Italica Adriatico mari cõtermina a Venetiæ Italicæ prouincię cultoribus originẽ duxit. Qui Atile & Totile Pannoniæ Regum fugentes impetum tutas quærentes ſedes illuc ſe contulerunt, & apud Caſtellum ſtationem locauerunt.

Veronam Italiæ urbem in prouincia quæ cõtra Venetia dicta eſt Enetos condidiſſe cõperimus. Hij nãq; ut Liuius refert, ex Paphlagonia ſeditione pulſi, & Rege eorum Philomene ad Troiam amiſſo quærentes ſedes per Adriatici maris ſinum in Italiam deuecti ſunt, ut diffuſi locarunt ſedes, et uſq; ad fluuium Addam tenuere loca. Moxq; prouincia tota Venetia addita a Latinis una litera nuncupata eſt. Aſtipulatur huic ſermoni Cornelius nepos atq; Solinus. Galli deinde poſt longa tempora in Italiam erumpentes loca hæc tenuere, ut Liuius & Trogus perhibent.

Vincentia ab eiſdem auctoribus, a quibus Verona conſtructa & aucta eſt.

Velia Lucaniæ urbs Italiæ Portio Calchidenſes inſtitutores habet, ut Iuſtinus perhibet.

Vran Iudææ urbs Roboan Salomonis filium conditorem habet. Paralipom. ſecundo legitur.

RECENSITIS ſuperiore parte operis huius quarundam urbium conditoribus tempeſtiue de-

ſcendam ad tertiam, in qua de hijs agitur. A quibus uel unde prouinciæ quædam, Gentes, Inſulæ, Vrbes, Flumina, Montes, & res certæ traxere uocabula, nunc itaq; illam aggrediamur.

Incipit Tertia Pars.

ASIA tertia pars mũdi ab Aſia Oriẽtis Regina nomen accepit. Iſidorus inde & Aſiaticum mare.

Aſſyria Aſiæ prouincia ab Aſſur filio Sem traxit uocabulum. Gene. liber & Ioſephus perhibent. In qua uſus purpure primum inuentus eſt. Iſidorus.

Armenia ab Armenio Iaſonis Comite condita & nominata eſt, ut Iuſtinus refert. Ioſephus ſcribit eam ab Cetro filio Aram & pronepote Noe conditam, quem Moyſes Hul uocat. Iſidorus autem Sur.

Albania a candore populi nominata eſt eo, quod albo crine naſcantur. Iſidorus.

Africa tertia pars orbis ab Affer uno compoſteris Abrahæ denominata eſt. Is enim, ut ſcribit Ioſephus, exercitu in Libyam ducto uictis hoſtibus ibi cõſedit. Cuius nepotes regionem illam incolentes eam de eius nomine uocitarunt. Quidam Affros & Phœnices et Cananeorum decem gentes a Canciani dictas ferunt & exortos.

Aſcalon ex nomine Cesloin nepotis Cham filii Mesloin nuncupata eſt Philiſtum. Iſidorus.

Artotite hæretici ab oblatione uocati, panem enim & Caſeum offerunt dicentes primis hominibus oblationem a frugibus, & a fœtu omnium celebrata.

Aſtropomorphite hæretici ex eo dicti ſunt, quod rudi ſimplicitate Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt arbitrantur. Iſidorus.

Aoma à fonte quodam eiuſdem prouinciæ Muſis, & Apollini conſecrato ſumpſit uocabulum. Iſidorus.

Andro Adamantus lapis a duritia & inſigni pondere traxit uocabulũ. Trahere autem a ſe argentum & es dicitur. Iſidorus.

Alpes ab altitudine dictæ ſunt, nam Gallorum lingua alti montes Alpes uocantur. Idem.

Amonite ab Amõ filio Loth cognominati sũt. Idẽ.

Apellite ab Apelle hæretico traxere uocabulum, qui Chriſtum ex elementis mundi carnem ſumpſiſſe fingunt eaq; depoſita repetiſſe Cœlum. Iſidorus.

Amorroi ab Amorreo filio Canaã sũpſere uocab.

Apollinariſte hæretici ab Apollinare dicti Chriſtũ corpus tantũmodo ſumaiam ſuſcepiſſe dicebãt. Idẽ

Adamiani hæretici ſic uocati, ideo quod ade nuditatəm imitentur nudi orant, nudi celebrant, nudi inter ſe mares fœminæq; conueniunt. Idem.

Athlas Africæ mons ab Athlante Aſtrologiæ inuentore nomen duxiſſe traditur. Auguſt. & Iſidor.

Alogii hæretici quaſi ſine uerbo uocati ſunt. Logos enim Græcæ uerbũ ſonat. Deum enim uerbũ non credunt. Ioannes Euang. reſpuunt in Apocaly. Iſid.

Aiuuani hæretici ab auctoris ſui nomine nomẽ ſortiti ſunt, hii negant unius eſſe uere uel eſſentiæ Trinitatem. Filium enim patris creaturam ſpiritum filii exiſtimant creaturam.

Apoſtolici hæretici hoc ſibi nomen ex eo ſumpſerunt, quod

runt, quod Apoſtolorum more nil proprium poſſiderent. Aſſerunt enim coniugationis uitam æternam non habere, nec eos, qui aliquod propriũ poſſidẽt. Iſi.

Athica Græciæ prouincia ab Athi Carani Regis indigene filia nomen ſortita eſt, ut Iuſt. pla. atq; Iſid.

Achaia ab Acheo Rege Iouis fi. nomẽ aſſũpſit. Iſ.

Aquitaniam ab obliquis aquis Ligeri amnis Galliæ dictam eſſe traditur. Iſidorus.

Arphaſeos qui poſtea Chaldei dicti ſunt Arphaſath filius Sem inſtituit & nominauit. Iſidorus.

Amalechite Aſiani populi ab Amalech filio naturali Eſau nuncupati ſunt. Idem.

Alani ab Alano flumine quod trans Danubium eſt traxere nomen ſicuti ab Alemano Alemani. Iſido.

Antropophagi Sericum gens aſperima, quia humana carne ueſcitur uocabulũ tale adepta eſt. Idem.

Auſonijs Italis populis Auſonius Vlyſſis filius cognomen impoſuit.

Athenarum urbs à Minerua quæ & Athena dicitur nominis accepit initium. Iſidorus.

Antedonam Syriæ urbem quam bella uaſtauerant reparauit Herodes, & de Agrippe amici ſui nomine dixit Agrippum. Ioſephus.

Aſclepiadia metra dicta ſunt eo, quod Aſclepius frequentiſſime & eleganter hijs uſus ſit, non quod primus inuenerit. Iſidorus.

Arconciati hæretici à principibus appellati ſunt. Archon enim Græcæ, Latinæ princeps dicitur, hij uniuerſam quam condidit Deus operam Archangelorum eſſe affirmant. Iſidorus.

Aeriani hæretici ab Aerio quodam dicti ſunt. Hi pro defunctis offerri ſacrificium uetant nihilq; proprium poßident. Iſidorus.

Arbæ Iudææ ciuitas à numero nomen aſſumpſit. Arbæ enim quatuor ſonat, quia ibi Abraham, Iſaac, & Iacob ſepulti ſunt, & ipſe generis humani princeps Adam. Hieronymus.

Arriani hæretici ab Arrio nuncupati coæternum patri filium non agnoſcentes diuerſas in Trinitate ſubſtantias aſſerunt.

Anien fluuius tertio ab urbe diſtãs lapide ab Aniene filio Apollinis uocabulum ſumpſit. Vibius.

Anaurus Theſſaliæ fluuius ſic dictus, quod ex ſe neq; Auras, neq; Nebulas emittit. Idem.

Acephali hæretici, ideſt ſine capite dicti ſunt, quia nullus eorum reperitur auctor, hij duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in eius perſona naturam prædicant. Iſidorus.

Auguſtus menſis quem Sextilem antiquitas nuncupauit ab Auguſto Cæſare ſumpſit uocabulum.

Auernus Campaniæ Lacus, inde cognominatus eſt quod olim Aues ſuperuolantes fœtore ex ipſo exalante necabantur, quẽ ad Auguſtus ex peſtilenti fecit amœnum. Iſidorus.

Atoici hęretici ab auctoris ſui noĩe uocabulũ ſumpſere, aſſerũt hij pcõ oĩa æqualia eſſe: et pœnas pares.

Aquarij hæretici appellati, qui aquam ſolam offerunt in Calice Sacramenti. Iſidorus.

Arabici hęr. eo dicti, ꝙ ĩ Arabia sũt exorti, dñt. n. aĩam cũ corpe mori, et ĩ nouiß. die utrũq; reſurgere.

Apeninus mons à Pœnis in Italiam irrumpentibus dictus eſt. Iſidorus.

Agareni ab Agar Anc. Abrahę denõiati sũt. Idẽ.

Alemania à Lemano Lacu, uel fluuio dicta ẽ. Idẽ.

Auelana à Velino Campaniæ oppido ubi abundant plurimum denominata eſt. Idem.

Amaracus Regius puer plurima unguentorũ deferens genera caſu prolapſus effudit ex quorum commixtione maior exalauit odor. Vnde optima unguenta Amaricina dicuntur. Idem.

Aſinei ab Aſineo filio Chanaam nuncupati ſunt.

Aſcreum Carmen Eſiodi ab Aſcra Inſula ubi natus ſuit denominata eſt. Iſidorus.

Albula Italiæ fluuius quem nunc Tyberim uocant ſic primũ dictus fuit à colore ꝗ niuib. albus fiat. Idẽ.

Angelici hær. eo uocati ſunt, ꝗ Angelos colũt. Iſ.

Auentinus mons urbis Romæ ab Auentino Albano Rege ibi ſepulto aſſumpſit nomen, uel ab Aduentu auium, ut quidam uolunt. Iſidorus.

Araxes Armeniæ eo dictus eſt, ꝗ rapacitate ſui cuncta proſternat. Idem.

Bithinia Aſię prou. à Bithino Rege pri. dicta eſt. Cũ prius Bericia, deinde Migdonia eẽt nũcupata. So.

Bactriani Aſiatica gẽs Scytharũ exules à Bactro Oriẽtis flu. uel à Bactro eorũ Rege ſic dicto ſub quo dũ ſedes quærerẽt conſederũt denominati ſunt. Iſid.

Beſſi Aſiæ populi à Boum multitudine ſic uocati creduntur. Idem.

Boeciam Græciæ prouinciam in Europa à Boue, cuius ſecutus Cadmus ueſtigia, ubi decubuit ſumpto

omine ſedem locauit nuncupatā tradit Ouid. Eadē & Aonia ab Aon fonte Apollini et muſis ſacro dicta eſt.

Balenæ marinæ immenſæ magnitudinis Beluæ ab emittendo & fundendo aquas dictæ ſunt. Balim enim Græcæ emittere ſonat. Idem.

Aoas Anguis molis immenſæ bobus & bubalis infeſtus, à quorum appellatione nomen accepit. Idem.

Britania Oceani Occidētalis Inſula à Bruto Aſtani nepote ex filio aſſumpſit nomen, ut antiqua Britonum prodit hiſtoria.

Burgundi in Caſtrorum morem à Tyberio Cæſare per limites diſpoſiti A locis texere uocabulū. Crebra enim per Vicos habitacula Burges uocant. Iſido.

Borion Africæ promontorium Græci Aduenæ ſic uocarunt. Hippone Regium poſtea dictum. Idem.

Burgedala Vaſconiæ urbs prouinciæ Galliæ, quia Burgas Gallos primū habuit Colonos ſic dicta ē. Idē.

Beliculus gemma fulgore lucens Aureo propter eius mirabilem ſpeciem Belo Aſſyriorum Regi primo dicata nomen aſſumpſit. Idem.

Beticæ Hiſpaniæ prouinciæ Betis fluuius nomen dedit eo dictus quod humili ſolo decurrat. Botim enim Græci humilem uocant. Idem.

Baiæ in Campania à Baio Vliſsis Comite illic mortuo & ſepulto denominatæ ſunt. Seruius.

Barce ciuitas Pentapoleos, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt à Barce Regina primo traxit uocabulū. Idē.

Belgis Galliæ urbs pu. Belgicæ nomē īpoſuit. Idē.

Baſilidiani hæretici à Baſilide quodam appellati ſunt hij. ccclxv. Cœlos eſſe aſſerunt, et inter reliquas

blaſphemias paſſum IESVM *negant.Iſidorus.*

Bonoſiati *hæretici à* Benoſo *quodam exorti et denominati ſunt*. Hij Chriſtum *filium adoptiuum non proprium aſſerunt.*Idem.

Chananea Aſię Regio à Chananeo *filio* Cham *denominata eſt.*Ioſephus.

Caldea à Caſeth *filio* Nachor *fratris* Abrahæ.Iſi.

Cilicia à Cilice *quodam ex* Phœnicia *ducente originem,quē ætas præſtitia penè ultra memoriā cælat.* Ioue *nanq; antiquior de primis terræ alūnis habetur.* Solinus *uel à* Tharſo *nepote* Iaphet,*ut* Io.*arbitratur.*

Cigno *eius prouinciæ amni nomen à candore datum eſt. Quicquid enim candidum eſt,*Cignum *Gentili lingua* Syri *nuncupant.*Idem.

Criſæ & *argiræ* Indici *maris* Inſulę *ab auri et argenti copia dictæ ſunt,*Criſos *enim aurū dicitur.*Iſid.

Canopea *inſula in* Nili *hoſtio ſita à* Canopo Menelai *gubern.ſepulto.* Ibidē *traxit uocabulū.*Pōp.Mel.

Comagena Syriæ *prouincia à* Comage *urbe, quæ quondam ibi erat* Metropolis *accepit nomē.* Iſidorus.

Capadocia Aſiæ *minoris* Regio *ab urbe propria dicta.*Vel à Moſoch *filio* Iaphet, *unde & urbs* Maſecha *apud eos adhuc eſſe dicitur,*Idem.

Caucaſus *mons* Orientis *à candore niuium dictus eſt.*Nā Oriētis *lingua* Caucaſum *ſonat candicū.*Idē.

Creta *inſula à* Crete *nympha* Eſperidis *filia uocata eſt.* Vel à Crete Rege Curetum *mox* Cureta, *ut* Anaximandro *placet.*Solinus. A Creta *mare* Creticum *nuncupatum.*Iſidorus.

Cerinthiana *hæreſis à* Cerintho *hæretico exorta*

eſt, qui uentri & libidini deditus poſt reſurrectionẽ Regnum Chriſti terrenũ futurũ eſſe affirmabat. Euſ.

Carniani hæretici à Cain quem colunt denominati ſunt, dicũt. n. illũ à Cœleſti ſubſtãtia, quæ ad dexterã eſt eſſe profectũ. Abel autẽ à ſiniſtra ideoq; fuiſſe occiſum. Iudã etiã Chriſti proditorẽ omniũ Apoſtolorũ fuiſſe doctiorẽ. Cum enim ex archanis Dei cognoſceret Paſsionẽ Chriſti cunctis hominibus ſalutẽ allaturam prodẽdo ipſum genus ſaluauit humanũ. Iſidorus.

Carpogratiani hære. à Carpogratæ quodã uocati, ꝙ xp̃m hoĩem fuiſſe tm̃ de utroq; ſexu ꝓgenitũ dixit.

Cathafrigarũ hæreſi Frigia prouincia nomen dedit, quia ibi huius auctores Montanus Priſca & Maximilla extiterunt, qui aduentum Spiritus ſancti, non plurimis, ſed ſibi traditum aſſerunt. Iſidorus.

Cerdoniani hæretici à Cerdone quodam nominati sũt, ꝙ ĩter cęteros errores negãt Chriſtũ natũ, paſsũ, uel mortuũ fuiſſe, ſed ſimulaſſe paſs. exiſtimãt. Idem.

Catari hæretici à mundicia ſe nominauerunt, mundiores enim ſe cæteris iactant de ſuis meritis glorian tes. Secundas nuptias tanquam adulteria dãnant pœnitentibus ueniam negant. Idem.

Cinici hęr. à Canibus nũcupati ſunt eo, ꝙ canũ more impudẽter in uitijs publi. cũ uxoribus coeant. Idẽ.

Circũcelliones hæretici eo dicti ꝙ Agreſtes ſint, hij inſano quodã amore martyrij ſemetipſos igne, uel gladio perimũt, ut uiolẽter occiſi martyres noĩentur.

Cere Etruriæ oppidum à Cerete amne inde labente ſumpſit nomen.

Caſtrum eo dictum eſt, quod in eo degentium ne

paſsim euagentur caſtratur licentia. Idem.

Campana à Regione Italiæ, ubi uſus eius primo repertus eſt nomen accepit. Iſidorus.

Coritus mons Etruriæ à Corito Vitrico Dardani nominatus. Idem.

Carphatus inſula una ex cicladibus ꝓpter celerẽ fructuũ in ea naſcentiũ & maturitatẽ noĩata eſt. Ab hac Carphacium mare & naues Carphaſiæ Carpaces & ſpacioſe traxere cognomina. Iſidorus.

Cicladas Egęi maris inſulas eo plerīq; dictas autumant, ꝙ circa Delo inſulã in orbẽ ſitę ſunt. Nam orbẽ Cyclan Græci appellant. Nonnulli propter ſcopulos, qui circa eas ſunt nominatas putant. Idem.

Cythara una ex Cycladibus. Porphyris prius dicebatur, ſed nata poſtea ibi Venere ab ipſa, quæ Cytharea eſt ſumpſit uocabulum. Idem.

Corſica maris Tyrrheni inſula Corſa mulier Ligus Taurũ illuc ſecuta fugientẽ noĩs dedit cãm. Idẽ.

Cantabri Hiſpaniæ populi ab urbis & amnis Hiberi cui inſident nomine appellantur. Idem.

Celtiberi ex Gallis Celticis & Hibero amne cuĩ inſident mixtis nominibus dicti ſunt. Idem.

Cyrenæ Libyæ urbs à Cyrenę Regina denominata eſt. Seruius.

Cruſtumia Pira à Cruſtumio oppido Italiæ denominata ſunt. Iſidorus.

Citiſus uirgultum eſt, à Cito Inſubi, ubi abundat plurimum nuncupatum. Idem.

Crocum à Coricio Ciciliæ oppido, ubi plurimum & melius naſcitur denominatum eſt. Idem.

Capitolinus mons Romę, inde dictus eſt, quod cum ibi prima iacerētur fundamēta caput hominis inuētū eſt. Vel ꝙ ibi fuerit Rom. urbis et religiōis caput. Iſ.

Dardanus è Tuſcia profectus in Phrygiā primus, ubi regnauit & regionem illam Dardaniem de ſuo nomine nuncupauit. Iſidorus.

Danai Græciæ populi à Danao Græcorum Rege nominati ſunt. Idem.

Dorius Neptuni & Elpis filius Doricę genti Gręcæ originem dedit, & nomen hoc, tertia Græcorum lingua Dorica dicta eſt. Idem.

Dalmacia à Delmi maxima eius prouinciæ urbe traxiſſe nomen Creticum eſt. Idem.

Delos Græciæ Inſula poſt Ogigi diluuium primū à Solis radijs illuſtrata cum pluribus antea menſibus nocte continua tenebre adiacentes trans et maria obduxiſſerit nomen inde ſortita, quod prius uiſibus manifeſta eſſet, Delon enim Græci manifeſtū dicunt. Sol.

Dauid Propheta Samel Syriæ urbem Iebuſeis expulſis primus Hieroſolymam nuncupauit.

Dor urbs quæ potētiſſima quæ poſtea turris Stratonis eſt dicta Cæſarea Auguſta, poſtmodum ab Auguſto Cæſare cognominata eſt. Iſidorus.

Donatiſte hæretici à Donato Afro dicti ſunt. Hic de Numida ueniens totam penè Africam ſua perſuaſione decepit aſſerens minorem patre filium, & filio Spiritum ſanctū, & Catholicos rebaptizans. Idem.

Dionyſius Lapis a Dionyſio Baccho nomen mutuatus eſt, eo ꝙ tritus & aquæ mixtus uinum flagrat, et quod mirabile eſt ebrietati reſiſtit. Iſidorus.

Dachi Gothorum fuere Soboles, & inde dictos putant Dachos, quaſi Dacias, quia de eorum ſtirpe creati ſunt. Idem.

Danubius Germaniȩ fluuius a Niuium copibus copia, quibus augetur ſumpſit uocabulum. Idem.

Diptamus herba a Diptamo monte Græciæ, in quo plurimum naſcitur dicta eſt. Idem.

Aegyptus quȩ prius dicebatur Decia ab Aegypto Denai fratre ibi regnãte nomẽ accepit. Iſid. et Eroſi.

Elamite qui Perſarũ poſtmodũ fuerunt principes ab Elam filio Sem inſtituti & noĩati ſunt. Ioſe. et Iſi.

Eliopolis antiquum Ciliciæ oppidum Criſippi philoſophi patria uictis Cilicibus Pompeius Pompeiopolim dici uoluit. Solinus.

Euticiani hæretici ab Eutice abbate Conſtantinopolitano aſſumpſere cognomen, qui poſt humanam aſſumptionem Chriſtum de duabus naturis exiſtere negarũt, ſed ſolam in eo diuinam aſſeruere naturã. Iſid.

Epheſtiam Lyciæ urbem monti Chimero proximã ꝙ monti illi natura ſub eſt ignea Lycij dicauere Vulcano & denominis ſui nuncupauere uocabulo. Idem.

EVROPAM. iii. orbis partẽ ab Europa a Genoris Regis Libyæ filia primũ nominatã tradunt. Iſi.

Epirus Græciæ prouincia a Pyrrho Achillis filio cognominata eſt. Cuius portio quæ nunc Chaonia dicitur a Moloſſo Pyrrhi & Andromache filio Moloſſia dicta fuerat. Iuſtinus.

Egialeus qui apud Sicanios primus Imperium tenuit Egialeæ urbi primus uocabulũ indidit. Hæc poſt modum Peloponenſis a Rege Pelope dicta eſt. Eadem

& Arcadia ab Arc. Iouis, et Caliſt. fil. nũcupata. Iſi.

Emachiæ Græciæ prouinciæ Emachius Rex, qui primus ibi principatum tenuit nomen impoſuit. Soli.

Ethiopes a Chus filio Cham dicti ſunt. Chus enim Hebræa lingua Aethiops interpretatur. Iſidorus. Alibi dicitur quod Aethiopum gens in Occidentali plaga ab a Dan filio Remi dicti ſunt.

Elea urbs Græciæ ab Elano Deucalionis & pyræ filio accepit nomen. Idem.

Eoliæ Tyrrheni maris Inſulæ ab Eolo eorum Rege traxere uocabulum. Idem.

Ethne Siculo monti ab igne & ſulphure, quaſi Thene nomen aſcriptum eſt. Idem.

Ebionitæ hæretici ab Ebione dicti ſunt. Hij. n. Chriſtũ ſolũ hominẽ putant ex uiro et fœmina procreatũ, ſed p̱ profectu uitæ ac uirtutis uirũ iuſtũ effectũ. Euſ.

Eraclitæ hæretici ab Eraclio auctore exorti, & nominati ſunt.

Egyptilla gemma ab Aegypto, ubi inuenitur uocabulum ſumpſit. Iſidorus.

Euphrates fluuius Meſopotamiæ à Frugibus, uel ab ubertate uocabulum ſumpſit. Nam Hebraice Euphrata fertilitas interpretatur. Idem.

Eſculus Arbos glandifera inde dicta creditur, ꝙ ante frumenti uſum eſcam mortalibus dederit. Idem.

Ethiani hæretici ab Ethio quodã uocati ſunt. Idẽ

Eunomiani ab Eunomio Etij diſcipulo. Hij diſsimilem Patri aſſerunt Filium, et Filio Spiritum ſanctum dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium. Idem.

Etruſci Italiæ populi ab Etruſco eorum principe ut quidam putant denominati ſunt, pleriq; ab eorum finibus, qui Tyberino amne limitantur dictos putant. Idem & Iſidorus.

Eſperidum inſulæ ab Eſperide Mauritaniæ urbe in Africa dictæ ſunt. Idem.

Ethei & Aenei Cathaneorum gentes ab Etheo, & Aeneo filio, filijs Chanaam deriuati ſunt. Idem.

Elephas Græcæ à corporis magnitudine denominatus eſt, quod montis formam præferat. Mons enim Græcæ Elephio dicitur. Idem.

Ebdomada a numero ſeptẽ dierũ dicta eſt, quorũ repetitione, et menſes, et anni et ſecula pagũtur. Idẽ.

Egeum mare inde dictum eſt, q̃ Saxum in mari illo poſitum à longe uiſentibus Capere, quam Græci Egatem uocant repræſentat effigiem. Idem.

Eleſpõtiaco mari Helles cũ Frixo fratre nouercales inſidias fugiẽs demerſa uocabulum indidit. Idem.

Eluidiani hæretici ab Eluidio dicti ſunt, dicũt poſt natũ Chriſtũ Mariã, alios filios de Ioſeph pepiſſe. Iſi.

Fenix Cadmi frater de Thebis Aegyptiorum in Syriam ueniens apud Sydonem regnum tenuit populoſq; de nomine Fenicis & prouinciam Feniciam nominauit. Iſidorus.

Fana Idolorum templa à Faunis dicta, quibus error gentilium templa conſtruebat, unde conſulentes Dæmonium reſponſa audirent. Idem.

Februarium menſem à Febrijs ſacris Lupercorũ gẽtiles nuncupauerũt uel Februis à Februa dicitur, ideſt, Plutone cui menſe illo fiebant ſacrificia. Idem.

Frigia Europæ filia, Frigiæ prouinciæ nomen impoſuit. Hæc aliquando Dardania à Dardano Iouis filio dicta fuit, qui Corintho Triſti oppido profectus uenit in Frigiam. Vel ſecundum Ioſephum Tigram filius Gomer filij Iaphet Frigiam condidit & incolas quos Græci Friges uocant Tigrameos nominauit.

Franci Gallorum populi à Francione Duce uocati ſunt. Vel à feritate, ut pleriq; tradunt. Gregorius Turoñ. Epiſcopus, & Iſidorus.

Faſellum Syriæ urbem qua de Hierico in Boream itur. Et turmi in Hieroſolyma de nomine Faſelli fratris ſui denominauit Herodes.

Ferrum Calibem dictum à Calibi fluuio, ubi Ferrum optima tẽperatur acie nuncupatum eſt. Iſidorus.

Fotinus Syrmię Epiſcopus Fotinianæ hęreſi uocabulum indidit, qui Ebionitarũ hæreſim ſuſcitans Chriſtum ex Maria, & Ioſeph nuptiali aſſerit coitu fuiſſe conceptum. Iſidorus.

Florini hæretici à Florino denominati dicunt Deũ creaſſe mala contra id quod ſcriptum eſt fecit Deus omnia bona. Idem.

Fenix Auis Arabica eo dicta, quod colorem habeat Feniceum uel quod toto ſingularis ſit orbe & unica Arabes nanq; ſingularẽ Fenicem uocant. Iſid.

Fortunatæ Inſulæ inde ſunt dictæ, quaſi Fenices, & beatæ omnium fructuum ubertate. Idem.

Falernum uinum à Falerno monte Campaniæ, ubi optimum naſcitur traxit uocabulum. Idem.

Farum inde dictum eſt, quod flammæ indicio longe à nauigantibus uideatur.

Faba à Fabæ Grẹco uocabulo, ꝙ eſt comedere ſum pſit uocabulũ. Primo.n.hoc legumine uſi ſunt hoĩes.

Gangaride Orientis populi propẹ Gangem fluuiũ incolentes à Gange traxere cognomen. Ganges uero à Gangaro Indorum Rege dictus eſt. Iſidorus.

Gamala urbs Samariæ à monte in quo ſita eſt, quia Cameli prætẽdit ſpeciem uocata creditur. Egeſippus.

Galathẹ minoris Aſiæ gentes à Gallis denominatẹ ſunt. Qui à Bithiniæ Rege in auxilium uocati poſt Partam uictoriam regnum partiti Græciſq; permixti Gallogræci primum dicti ſunt. Inde Galathe prouincia uero Gallatia. Iſidorus.

Græci à Rege ſuo nomine Græco nuncupati ſunt, cum primum Theſſali dicerentur à Theſſalo. Idem.

Galilea Palæſtinæ Regio a candore populi uocabulum ſumpſit. Idem.

Galitiæ Hiſpaniæ prouincia Theucer Thelanis filius & Aiacis frater cum poſt Troianum bellũ in patria non admitteretur. Hijs apulſus litoribus ſedes locauit, & incolis nomen dedit. Iuſtinus.

Gorgones Inſulẹ a Gorgonibus fœminis eas incolentibus nomen ſumpſere. Iſidorus.

Gaulauni Meridiane gentes iuxta Aethiopiam a Gaula Inſula, in qua non naſcitur ſerpens neq; uiuit traxerunt nomen. Idem.

Garamãtes Africẹ populi propẹ Cyrenas inhabitãtes a Garamãte rege Apol. filio uocati credũtur. Idẽ.

Getulli Getarum proles a gentis ſuæ deriuatione cognominati ſunt. Idem.

Gergeſci Syriacæ gentes a Gergeſo filio Canaam

ſumpſere uocabulum. Idem.

Galli à candore corporis perhibentur dicti. Galla enim Græcæ Lac dicitur. Idem.

Gothos à Magog filio Iaphet nominatos fuiſſe, Iſidorus refert, cum prius Gethe dicerentur. Gens moribus aſpera corporum mole & armorum exercitatione terribilis.

Germania à fœcunditate Gigendorum populorum dicta eſt. Idem.

Gaditanum fretum à Gadibus dictum eſt. Vbi primum maris noſtri, quod magnum dicitur Lune aper tius. Vbi & Gaditanus lapis inde ſic dictus exciditur plurimus. Idem.

Gnoſtici hæretici propter excellentem ſcientiã ſic ſe appellauerunt animam naturã Dei eſſe dicunt. Bonum & malũ Deum ſuis dogmatibus fingunt. Idem.

Gnoite hæretici à qua originem ducunt, illud addicunt Chriſtum ignorare futura quæ ſcripta ſunt de die & hora nouiſſima.

Galatides lapis colore Cynereus guſtu ſuauis, inde dictus, quod Lacteum quidem a ſe dimittit. Idem.

Gea Siciliæ urbs a Geo flumine nuncupata.

Hebræi ab Heber filio Sale nepote uel pronepote Noe ſumpſiſſe congnomen. Ioſephus.

Hircani Orientis populi ab Hircania ſilua nominati ſunt. Iſidorus.

Hiſpaniã ab Hibero amne Hiberiã ueteres nõiaue rũt. Deinde ab Hiſpala urbe Hiſpaniã. Iuſt. Ioſephus dicit Hiberos, quos nũc Hiſpanos dicimus a Iobello filio Iaphet primum inſtitutos, & nominatos Iobellos.

Hiſtri ab Hiſtro fluuio per quem à Colchis uenientes ingreſsi ad loca hæc nauigio deuenerunt cognomen accepere. Iſidorus.

Hiberia minoris Aſiæ Regio Armeniæ uincta ab Hibero Rege ſuo nominis traxit originem.

Hiſmael filius Abrahæ Hiſmahelais uocabulum indidit, qui nunc corrupto uocabulo Saraceni dicuntur a Sarra, & Agat. Iſidorus.

Hiſtria ab Hiſtro amne nomen aſſumpſit. Hiſtriones uero dicti ſunt, quod id genus hominum inde adductū ſit, uel quod perplexas hiſtorijs fabulas exprimerent quaſi Hiſtriones. Idem.

Horeſtidem regionem Macedonum ſolo contiguā Horeſtes, Horeſtis Matercide filius, & Hermiones ibidem editus & educatus occupauit, & eam de ſuo nomine nuncupauit. Solinus.

Hiera Inſula una ex Colijs, eo, quod collibus eminentiſsima dicta eſt. Iſidorus.

India ab Indo flumine nominata eſt. Iſidorus.

Iſrael qui & Iacob Iſraeliticis nomen dedit.

Idumea Regio Syriaca, quæ prius Edon a filio Eſau, Edon quod Hebraica lingua Rubrum ſonat dicebatur a Græcis ſic dicta eſt. Ioſephus.

Iudæa Syriæ Portio a Iuda filio Iacob accepit nomen, unde & Iudæi. Iſidorus.

Ionica Regio Græciæ a Ione Naulochi filia quam procaciter itinera inſidiantem interemit Hercules nominis traxit originem. Iuſtinus.

Icarus Dedali filius Icariæ inſulæ moriens nomen tribuit atq; mari. Solinus.

Iulius menſis qui prius Quintilis dicebatur a Iu-
lio Cæſare cui menſem hunc Romani conſecrauerunt nuncupatus eſt. Iſidorus. Iunius uero a Iunone Iouis coniuge. Vel a Iunioribus, ut alijs placet.

Inachus Argiuorum Rex qui Argiue nobilitati primus exordium contulit Inachum amnem de ſuo nomine dixit. Idem.

Italia ab Italo Siculorum Rege nominata eſt. Vel a Vitulis, ut Varro probat. Hæc a Saturno dicta Saturnia. Mox ab eiuſdem latebra Latium. Nonnunquã a Græcis poſſeſſa magna Græcia. Ab Auſonio Vlyßis filio Auſonia plerunq; uocata. Aliquando Oenotria ab Oenotrio & Heſperia ab Heſpero regibus dicta. Vergilius Naſo atq; Solinus.

Iapiga urbs Apuliæ ab Iapiga Dedali filio cognominata eſt. Solinus.

Iolenſes Itali ab Iolao Iſicli filio Herculiſq; nepote dicti ſunt. Idem.

Iebus filius Chananei Iebuſeis nomen dedit.

Iſauria Aſiatica Regio a ſitu loci cognomen accepit quod aperta undiq; aurarum flatibus pateat Selenchiam urbem habet metropolim. Iſidorus.

Ionum mare a Ionibus qui Græci ſunt ab Ianai, uel ab Iano filio Iaphet nuncupatum putant. Vel ab Io. Inachi filia quæ inde tranſiuit, uel a Ioue Rege Græciæ a quo Atheñ. Ioues nuncupati ſunt. Iſidorus.

Iacynthus Purpureus flos ab elegantis formæ pueri huius nominis dictus eſt. Idem.

Ianua a Iano gentilium Deo dicta traditur cui omnem introitum & exitum conſecrarunt, nam & Ia-

nuarius

nuarius menſis ab ipſo denominatus eſt. Idem.

Iouianiſtæ hæretici à Iouiano quodam Monacho ſumpſere nomen. Aſſerebant hij nuptarum & uirginum nullam eſſe diſtantiam, nullumq; inter abſtinẽtes & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen. Iſidorus.

Kathecumianus eſt qui doctrinam fidei audit, ſed nondum baptiſmum accepit. Nam cathecuminus Græcæ auditor interpretatur. Iſidorus.

Lydia Aſiæ prouincia quæ prius Mœonia dicebatur à Mœone Rege, quam pactoli amnis unda arenis aureis diuitem facit. A Lido Rege Tyrrheni fratre nominis ſumpſit exordium. Iſidorus. Vel aliter filio Sem ſecundum Ioſephum.

Libya Eliphi filia quæ Alñ. Africæ regno præfuit prouinciæ nomen tribuit. Solinus.

Latini Italiæ populi à Latino eorum Rege nominati ſunt. Iſidorus.

Lacedæmon filius Semeles Lacedæmonijs nomen dedit. Sed poſtea Meſenico bello ex incertis orti parentibus ex materni pudoris nota Spartani dicti fuere. Vel aſperto filio Foronei. Sparta autem & Lace dæmon idem ſunt. Idem.

Latium Italiæ Portio à Saturni latebra ſumpſit uocabulum. Vergilius.

Lilibeum Siciliæ promontorium ab urbe huius nominis dictum eſt. Iſidorus.

Liparis Tyrrheni maris Inſula. Alipare quodã ꝗ ibi antea ſolus regnum tenuit nois traxit initiũ. Sol.

Laphita Apollinis filia. Gentem circa Pellion montem Græciæ incolentem de ſuo nomine dixit.

Leucoſiam maris Tyrrheni inſulam à conſobrino Aeneæ nominis huius dictam. Solinus perhibet.

Longobardi à longa & intonſa Barba uocati ſunt. Iſidorus.

Luciferiani hæretici à Lucifero Syrmiæ Epiſcopo uocati ſunt, qui & ſi Catholicam fidem, ſeu ueritatem in omnibus teneant, in hoc tamen errore peßimo delapſi ſunt, ut animam dicant ex transfuſione generari eandemq; dicant, & de carne, & de carnis eſſentia generari. Idem.

Lixa Mauritaniæ urbs à Lixo cui inſidet flumine cognomen accepit. Idem.

Luculeum marmor quod in Choo naſcitur inſula Lucullus Romanus Conſul Romam primus aduexit, eiq; id nomen impoſuit. Idem.

Liguſticum herba cuius Liguria ferax eſt, inde cognomen aſſumpſit. Idem.

Lycia à Lyco Rege Pandionis filio cognominata traditur. Nonnūq̃ Chymære ignibus infeſtata. Mella.

Larex arbor à Lyricino caſtello dicta eſt, ex qua tabulæ tegulis affixæ flammam repellunt, neq; ex ſe carbones exuſtæ efficiunt. Iſidorus.

Luſcinia Auis inde uocabulum ſumpſit, ꝙ cantu ſuo ſignificat diei ſurgentis exortum. Idem.

Lucinius Lacus Campaniæ inde dictus, ꝙ olim ob piſciū copiā ex uectigalibus lucra magna præſtabat.

Media Aſiæ prouincia à Medo Iaſonis, & Medeę filio in honorem matris nominata eſt. Iuſtinus.

Mæones Aſiaticæ gentes quos Ioſephus Meſanos uocat. Meſam filium Aram, & Noe pronepotem au=

ctorem originis habuerunt & nominis. Ioſephus.

Maxilli Africæ populi à Maxilla urbe non longe ab Athlãte mõte et ortis heſperidũ ſita uocati sũt. Iſ.

Moabitæ Syriaca gens à Moab filio Loth traxere cognomen. Idem.

Martionitæ hæretici à Martione philoſopho Stoi=co appellati, qui Cardonis dogma ſecutus, alterum bo=num, alterum iuſtum Deum affirmat. Idem.

Menandriani hæretici à Menandro Symonis Ma=gi diſcipulo dicti ſunt. Hij enim mundum non à Deo, ſed ab Angelis factum aſſerunt.

Macedoniani hæretici à Macedonio Conſtantino=politano Epiſc. nuncupati, & ſi Patrẽ et Filiũ unius ſubſtãtiæ dicant. Spiritũ tñ ſanctũ creaturã affirmãt.

Manichęi hęr. à mane quodã Perſa sũpſere uocab. Hij duo principia duaſq; naturas, ſiue ſubſtãtias boni et mali inter ſe bellãtia fingũt, Chriſtũ non de Virg. natũ, ſed corpus habuiſſe phantaſticũ credunt. Vetus teſtamentũ reſpuunt. Nuptias dãnant animas ex Deo quaſi ex quodam fonte manare aſſerunt. Iſidorus.

Macarini hęr. à Macario Epiſc. Anthioceno exor ti unã uolũtatẽ, unamq; operationẽ ſolũ ponunt. Idẽ.

Montani hær. eo dicti ſunt, ꝙ tpe pſec. in mõtib. la tuerũt, ſed et Montanũ quẽdã hære. ſectati ſunt. Idẽ.

Maritei hær. eo dicti ſunt, ꝙ Mariæ uirg. cõtradi. aſſerẽtes eã poſt Chr. na. uiro ſuo fuiſſe cõmixtã. Idẽ

Marbonei hæretici Iudæorũ ab auctore ſic noĩati, dicunt. n. Chriſtũ eos docuiſſe ĩ oĩ reſabatizare. Idẽ.

Melchiſedechiani hæretici ſic dicti ſunt, ꝙ Mel=chiſedech Sacerdotẽ Dei nõ hoĩem fuiſſe arbitrãtur.

Miſsia Europæ prouincia à Meſsium prouentu nomen accepit. Iſidorus.

Mirunclanos Græciæ populos à Mirundone Iouis Duce Carani filio dictos Eraſiſtenes tradit. Nonnulli ab argutia nominatos putant. Iſidorus & Seruius.

Macedones à Macedone Deucalionis nepote traxerunt nomen. Solinus.

Maleus Argiuorum Rex. Maleo Græciæ promontorio nomen impoſuit. Iuſtinus.

Melos una ex Cicladibus inſula à rotunditate uocabulum ſumpſit, hæc, & pares à Parcanta nepote Iaſonis nominata. Iſidorus.

Marſi Italiæ populi Apenini montis incolentes plagam à Marſia Liberi patris Comite, qui illis uitium oſtendit uſum cognominati ſunt. Idem.

Miſſenum Campaniæ promontoriū ab Aeneæ Tibicinæ ibi ſepulto duxiſſe nomē. Maro et So. referūt.

Minius Hiſpaniæ amnis per Gallatiam in mare profluens à Minio colore, qui plurimus ibi naſcitur nominis cœpit originem. Iſidorus.

Magnes Lapis à Magnetæ primo illius inuentore denominatus eſt. Iſidorus.

Mauri Africę populi à colore nomen adepti ſunt. Græci enim Nigros Mauros uocant. Idem.

Meſopotamia Aſſyriæ Regio quod in medio aquarum ſita eſt contraxit uocabulum, nam ab Oriente Tigri clauditur ab occaſu Euphrate. Idem.

Maius menſis à Maga dea Mercurij matre dictus eſt, uel à maioribus ſicut Iunius à Iunioribus, ut quibuſdam placet, Iſidorus.

Mirteum mare à Mirteo quodam illic homine præcipitato ſumpſit uocabulum. Idem.

Menonides Aues, inde dictæ ſunt, quod omni quinto anno ex Aegypto illuc cateruatim aduolare dicuntur, & ad Menonis ſepulchrũ ineuntes pugnã roſtris & unguibus ad inuicem ſe dilacerant. Idem.

Nabathea Aſiæ Regio à Nabatheo Iſmaelis filio Abrahæ nepote cognomen accepit. Iſidorus.

Naxon Græciæ inſula à Dionyſio Baccho, quaſi Diouaxon dicta perhibetur. Solinus.

Nebrodes mons Siciliæ Adamarum multitudine nominatus eſt. Idem.

Numidici ab incolis paßim uagantibus dicta eſt. Nam eorum lingua uagæ & incertæ ſedes uocantur Numidiæ. Iſidorus.

Neſtoriani hæretici à Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo nominati ſunt, qui Beatam Virginem non Dei, ſed hominis tantum aſſeruit Genitricem.

Nicolaitæ hęretici à Nicolao Hieroſolymitanę eccleſiæ Diacono dicti mundum non à Deo, ſed à quibuſdam fictis poteſtatibus factum aſſerunt.

Noetiani hæretici à Noeto quodam uocati ſunt. Hij Chriſtum eundem eſſe Patrem, & Spiritum ſanctum dicebant, ipſamq; Trinitatem in officiorum nominibus, non in perſonis accipiens. Vnde & Patripaſſiani uocãtur, quia Patrẽ paſſum fuiſſe affirmãt. Iſi.

Nictagetes hæretici à Somno nuncupati ſunt, quia uigilias noctis reſpuunt ſuperſtitioſum dicentes iura temerari diuina quæ noctem ad requiẽ tribuunt. Idẽ.

Nazarei hæretici eo dicti, quia dum Chriſtum qui

à Vico Nazareus eſt appellatus filium Dei confitentur, omnia tamen ueteris legis cuſtodiunt. Iſidorus.

Nouatiani hæretici à Nouaco Romanæ Eccleſiæ presbytero nomen ſumpſere. Hij ſecundas damnunt nuptias, & ueniam pœnitentibus negant.

Olympus Macedoniæ mons à nimia eius celſitudine Ololampus, ideſt, quaſi Cœlum dictus eſt. Hic dirimit Achaiam à Thracia. Iſidorus.

Oceanus à Latinis & Græcis ideo nomen accepit quod in circuli modum orbem uniuerſum ambiat. Idẽ.

Offitæ hær. à Colubro nũcupati ſunt. Coluber enim Græcæ Offi dicitur. Serpentẽ enim colunt dicentes, ipſum in Paradisũ induxiſſe uirtutis cognitionẽ. Idẽ.

Origeniani hęretici ab origine nuncupati ſunt. Dicunt nanq; filium patrem uidere non poſſe, nec Spiritum ſanctum filium. Animas quoq; in mũdi principio peccaſſe, & pro diuerſitate peccati à Cœlo in Terrã emiſſas diuerſa corpora uelut clauſtra meruiſſe obq; eam cauſam mundum factum fuiſſe. Idem.

Parthi ſeditione à Scythia pulſi iuxta Hirchaniæ ſolitudines occupantes loca prouinciæ Parthicæ dedere nomen. Iuſtinus.

Pentapolis Regio contermina Arabiæ & Palæſtinæ à quinq; Sodomorum urbibus denominata eſt. Penta enim Græcæ quinq; ſignificat. Iſidorus.

Pœni Africę populi à Phœnicibus, qui cum Didone in Africam profecti ſunt traxere cognomen. Iſido.

Perſeus Rex à Græcia in Aſiam tranſiens, Barbaras gentes edomuit uictiſq; nomen ſuum & Prouinciæ contulit. Idem.

Pelaſgos Græciæ populos à Pelaſgo Iouis & Lariſſe filio dictos Græci perhibent, uel, quia ſpanſis uelis uerno tpe primi Italiam appulerũt, ut Var. refert.

Pelorus Annibalis nauigij Rhetor apud unum ex Siciliæ promontorijs ſepultus æternum loco uocabulum dedit. Liuius & Mella ſcribunt.

Pachinum alterum eiuſdem inſulæ promontorium ab aeris craßitudine nominatum creditum eſt. Iſido.

Pallas Dux Arcadum pallatio primus nomen impoſuit. Et à Pallantheo Arcadię oppido. Pallatino Romano colli uocabulum indidit. Solinus.

Paros Egęi maris inſula prius dicta Minoida à Pariantha nepote Iaſonis ex Philomelo filio nomen accepit. Inde & lapis parius, qui in ea naſcitur. Iſido.

Planaſia Italici maris inſula de facie ſupinitatis, uel Vlißis erroribus dicta eſt. Solinus.

Pireneus mons Galliã ab Hiſp. dirimẽs à crebra iaculatiõe fulminũ uocitatur. Græcę. n. Pir ignis dr̃. Iſ.

Pirites lapis Perſicus quia præmentis adurit manum ab incluſo igne ſic dictus creditur. Idem.

Padum Italiæ flumen Eridanum ab Eridano Solis filio, quem Phœtontam uocant Græci, nominauerunt eo quod Iouis flumine ictus in illo perierit, Idem.

Paludes à Pale paſtorali Dea dictæ ſunt, eo q̃ Palea, ideſt, pabula nutriat iumentorum. Iſidorus.

Pan Paganorũ Deus quem rerum omniũ et totius uere Deum uolunt, et in naturæ ſimilitudinẽ formãt. Inde eũ Pan quaſi omnia cõtinẽtẽ nũcupauerũt. Idẽ.

Patripaßiani hæretici inde uocati ſunt, quod patrem paſſum dicunt.

Patritiani hæretici à quodam patritio nuncupati ſunt, qui ſubſtantiam humanæ carnis à Diabolo conditam dicunt.

Paulini hæretici à Paulo Samoſateno nomen, & traxere primordia, qui Chriſtũ cõis naturæ aiebant fuiſſe, & à Maria ſumpſiſſe principiũ. Euſeb. et Iſid.

Pelagiani hæretici à Pelagio Monacho exorti Liberum arbitriũ diuinæ gratiæ anteponunt dicẽtes ſufficere ſolã uoluntatẽ adimplenda iuſſa diuina. Idem.

Paterniani hæretici à paterno quodam exorti & nominati inferiores corporis partes à Diabolo factas opinantur.

Peripatetici à deambulatione dicti, quod Ariſtot. eorum auctor deambulans diſputare ſolebat. Hij dicunt particulam animæ eſſe æternam, de reliqua uero magna ex parte eſſe mortalem. Idem.

Pæonia ſilueſtris herba à Pæone Medico primum inuenta inuentoris ſui carpſit uocabulum. Idem.

Panonia ab Apeninis Alpibus, quibus ab Italia ſecernitur nuncupatur. Idem.

Palæſtina prouincia Syriæ Philiſtini urbem, quæ nunc Aſcalon dicitur. Metropolim habuit à qua omnis ei adiacens Regio Palæſtina dicitur. Idem.

Pagani à Pagis & cõpitis locorũ Agreſtium, ubi orti ſunt & Idola ſtatuerũt ſumpſerũt uocabuliũ. Idẽ.

Pallas quæ & Minerua à Pallante Gigante quem occidit. Vel ab Inſula Palenæ, in qua nutrita dicitur nuncupata eſt. Iſidorus.

Priſcilianus hæreticus Priſcilianæ hæreſi nomen impoſuit, qui in Hiſpania ex Gnoſticorum & Mani=

cheorum erroribus mixtum dogma compoſuit Trinitatem confundit, & animas eiuſdem eſſe naturæ, cuius eſt Deus aſſeruit, ſpontæq; deſcendere, & a quodam maligno principe quem hunc mundum feciſſe dicit in corporibus mitti. Iſidorus.

Romanos nominatos conſtat a Romulo. Liuius.

Rubrum mare a colore non ſolum dictum eſt. Sed & Erythræum ab Erythræo Rege Perſei, & Andromede filio. Varrò & Solinus perhibent.

Riphi montes Germaniæ Apenini à uentorum flatu denominati ſunt. Iſidorus.

Rodos una Cicladum Inſula ſic dicta eſt, quod roſæ capitulum ibi inuentum eſt, cum ibi primum ciuitas fundaretur. Rodiæ naualium commerciorum leges ab ea cognominatæ ſunt. Iſidorus.

Rodanus Galliæ flumen ab oppido Rodo cognominatus eſt. Idem.

Renus a ſocietate Rodani nominatus dicitur quia ex eadem prouincia ambo naſcuntur. Retia uero ideo dicta prouincia quaſi iuxta Renum poſita. Idem.

Rubicon Italiæ amnis ab aquæ rubore dictus inter Ciſalpinam Galliam Auſoniamq; decurrens Adriatico mari miſcetur.

Retia prouincia & Gallia Belgica idem ſunt dicta, eſt autem Retia eo quod ſit iuxta Renum fluuium poſita. Iſidorus.

Seres Orientis populi a nomine proprij oppidi nomen ſortiti ſunt apud quos de arboribus lana contexitur, ut ſcribit Iſidorus.

Syri a Syro quodam indigena nominati perhiben-

tur, qui fuit filius Abrahæ ex Cetura. Idem.

Saxonum in Oceani littoribus gens ſita à duritiæ & agilitate traxit uocabulum. Idem.

Saturnini hæretici à Saturnino quodam denominati ſunt, qui mundum à Deo conditum negant, nec corporum Reſurrectionem credunt. Hoc & Symoniani affirmant. Auguſtinus.

Sabelliani hæretici à Sabellio quodam traxere uocabulum. Hij unam perſonam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti aſſerunt, dicuntq; ipſum Patrem antequam naſceretur in carne. Ipſum factum Filium dum procedit ex Virgine. Ipſum Spiritum ſanctum dum deſcendit in linguas Apoſtolorum. Iſidorus.

Sethiani hæretici à Seth filio Adæ nominati ſunt, quem Chriſtum eſſe dicunt.

Stoici a Stoa porticu Athenienſi dicti ſunt. Omne pcm̃ uniforme aſſerũt animã cũ corpore perire dicũt. affectãt ęternã gloriã cũ tñ ſe nõ fateãtur eẽ ęternos.

Sueui extremi Aquilonis populi a Sueuo monte dicti perhibentur. Idem.

Scotia Oceani inſula a Scothorum gente, qui eam incolunt dicta eſt. Idem.

Sicilia a Sicano Rege diu ante Troiana bella cum ampliſsima Hyberorum manu aduecto eſt nuncupata Sicania. Deinde a Siculo filio Neptuni Sicilia. A tribus autem eius promontorijs nonnunquam appellata Trinacria. Solinus & Iuſtinus referunt. Prima terrarum omnium iactis ſeminibus aratro ſciſſa eſt. Iſid.

Sardiniã Sardus Herculis filius profectus a Libya occupauit et nomen ſuum illi uocabulũ dedit. Solinus.

Septa urbs Africæ a ſeptē mōtibus Gaditano mari imminentibus, quibus cingitur accepit nomen. Iſido.

Saraceni ut Gentiles perhibent dicti ſunt, q̄ a Syris ducant originem quaſi Syrigeni. Idem.

Sarmatæ ob armorum ſtudium nominati creduntur prius enim q̄ Lentulus eos Danubio arceret patentibus campis armati obæquitabant. Idem.

Sitionij Græcię populi a Sitionio rege uocati ſunt, cum ante ab Egialeo, qui primus eis imperauerat Egialei dicerentur. A Pelope demum Peloponenſes dicti. Ipſi & Arcades ab Arcade Iouis & Caliſtonis filio eorum Rege quandoq; cognominati. Idem.

Symoniani hæretici a Symone Mago nuncupati ſunt, qui mundum non a Deo, ſed a uirtute quadam ſuperna creatum dicunt. Nec corporum reſurrectionem futuram credunt. Iſidorus.

Seueriani hæretici a Seuero quodam cognominati uinum non bibunt teſtamentum uetus & corporum reſurrectionem abijciunt. Idem.

Strophalides Aues ab Strophadibus inſulis, ubi plurimum immorantur nominatæ ſunt. Hæc ſecundum quoſdam Arpiæ ſunt.

Sita gladius inde nomen ſumpſiſſe traditur, quod dum gladiatori in ludo pugnanti acies gladij curuata eſſet, & ad eam corrigendam occurriſſet quidam, inquit, ſic hac pugnabo. Tranquillus.

Stacades Maßilienſium inſulæ Græco uocabulo dictæ ſunt, quaſi in ordine poſitæ. Iſidorus.

Solurius Hiſpanię mons a ſingularitate dictus eſt, quod alijs omnibus altior ſolus appareat. Idem.

Sigęum minoris Aſiæ promontorium a taciturnitate Herculis accepit nomen, hoſpicio enim a Laumedonte uẽtus ſimilauit fugã, deindę cũ ſilentio rediẽs uindicauit iniuriam. Sige enim ſilentiũ dicitur. Idem.

Sabea Regio atq; Sabei a Sabo filio Chus denominati ſunt. Ipſa eſt Arabia. Idem.

Salenũ Lucaniç ciuitas a Salis copia dictũ. Papias.

Samius Pythagoras, Samia Sibilla, Samius lapis, Samia uaſa, Samia terra a Samo Egæi maris inſula denominata ſunt. Iſidorus.

Sabini a Sabino eorum Rege uocati ſunt, ut Itali ab Italo. Idem.

Theſſalia Græciæ prouincia a Theſſalo Rege cognomen aſſumpſit. Iſidorus.

Tenedos inſula una ex Cicladibus a Tene quodã illuc fugiente, cum urbe, quam ibi fundauit denominata fertur. De quo ſic ſcribit Cicero, Tenem ipſum cuius ex nomine Tenedon noĩatũ. Idẽ & ante eũ Seru.

Tros filius Ericthonij, Dardani autem nepos Troianæ genti, quæ prius a Dardano dicebatur Dardania uocabulum tribuit. Iſidorus.

Tyberias urbs Syriaca, quam in honorem Tyberij Cæſaris Herodes Tetrarcha conſtruxit ab ipſo Tyberio nominis traxit originem. Ioſephus.

Trogloditæ Aethiopum populi a pedũ celeritate, quam ualent adeo, ut feras curſu præmant cauſam meruere cognominis. Iſidorus.

Tile ultima Occidentalis Oceani inſula, a Sole nomen accepit. Nã in ea æſtiuũ Sol facit Solſtitiũ. Hyemali uero Solſtitio nullus in ea dies. Mella & Iſidor.

Tanatos eiuſdem Oceani inſula a Morte Serpentum dicta eſt, nam undecunq; illuc allatus continuo moritur. Ipſa autem horum eſt Neſcia. Iſidorus.

Tanaus Scytharum Rex Tanao flumini dedit nomen. Idem.

Tyberis Tuſcorum fluuius prius Albula dicebatur. Sed ſubmerſo in illo Tyberino Rege Albano defuncti Regis nomen obtinuit. Liuius. Vergilius tamen & alij ab alio Tybri, qui longe ante hunc Albanum fuit dictum, uolunt.

Tuſcarum gens a Thure & ſacrificijs cognomen emeruit. Iſidorus.

Tyrrheni Italiæ populi maris inferi incolentes horas a Tyrrheno Lydiæ Rege illuc nauibus deuecto cognominati dicuntur, & mare id Tyrrhenum nuncupatum. Solinus & Iſidorus.

Tripolis a numero urbium dicta eſt. Mella.

Tatiani hæretici qui & Eucraticæ a Tatiano traxere cognomen, hij nuptias & fornicationem corruptionemq; pari lege dijudicant: ſubtiliter accuſantes eum, qui ab initio maſculum & fœminam ad reſtitutionem humani generis fecit. Euſebius.

Theodoſiani & Calanitæ hæretici a Theodoſio, et Calano denominati ſunt, qui Euticetis & Dioſcori errorem ſequentes Calcedonenſe conſilium reſpuunt & ex duabus unam in Chriſto naturam affirmant.

Tertuliani hæretici a Tertuliano preſbytero Carthaginenſi dicti ſunt, qui animam immortalem ſed; corpoream prædicant, et peccatricem poſt corporis mortem in Dæmonem uerti affirmant.

VENETIA Italiæ prima prouincia ab Adriatico mari ad Aduna amnem uſq; protenſa ab Enetis ex Paphlagonia Aſiæ minoris prouincia & loco inſigni Eneto in Italiam transfretantibus uocabulum ſumpſiſſe. Cornelius nepos perhibet, & Soli. recitat.

Vmbri Italiæ populi & Gallorum ueterum progenies, quia tempore aquoſæ Cladis ſuperfuerunt ab Imbribus denominati traduntur. Iſidorus.

Vandali a Vindelico amne ab extremis Galliæ erũpente iuxta quem conſederunt uocati ſunt. Iſidorus.

Valentiniani hæretici a Valentino ſumpſere cognomen. Hic ſecula quædam in origine Dei induxit, & Chriſtum nil corporis ex Virgine ſumpſiſſe, ſed per eam quaſi per fiſtulam tranſiſſe aſſeruit. Idem.

Vacei Hiſpaniæ gens a Vaccha oppido iuxta Pireneum ſito duxere cognomen. Idem.

Volenia Pira magna, eo, quod Volam impleant dicta ſunt.

Vites Thaſiæ ex Thaſo inſula traxere uocabulũ.

Xp̃iani a Xp̃o cognominati ſunt, quorum nomen Petrus Apoſtolus primum in Antiochia prædicauit. Iſidorus. Criſtus uero a Criſmate dictus eſt.

Ydaſpes fluuius Orientis in Perſidæ ab Ydaſpe Medorum Rege antiquiſſimo denominatus eſt.

Yporberi montes eo dicti ſunt, quod ſupra & ultra eos flat Boreas. Idem.

Ymerobatiſtæ hæretici inde ſumpſere nomẽ, quod quotidie ueſtimenta ſua lauant & corpora.

POLLICITI exigit fides ut quarta Libelli huius particula complectens Prouincias, Vrbes, In=

ſulas, uel loca, in quibus res quædam primum inuente ſunt prioribus adijciatur. Quam paucis expediam.

Incipit Quarta Pars.

ARMENIA Aſię prouincia malum armoniacũ prima ueſcẽtib. obtulit. Iſi.

Achatem lapidem in Achatis flumi nis ripa compertum Sicilia Italiæ inſu la primum dedit. Solinus.

Aſcalona Syriæ Palæſtinæ urbs Cepe. i. quod uul go Aſcalonia dicitur prima produxit. Iſidorus.

Albeſtonẽ lapidẽ coloris ferrei, qui ſemel accẽſus neqꝫ extingui prima miſit Arcadia. Eadẽ Aſtanos p ceros et magnos quos Arcad. uocãt pri. cõtulit. Idẽ.

Aulea, ideſt, uela grandia picta. Primum in Aula Achali Regis Aſiæ comparata ſunt. Et inde traxere uocabulum. Idem & ante eum Seruius.

Aßiria Orientis et Aſiæ prouincia purpure uſum inuenit Criniũ et corporũ unguẽta atq; odores, qbus Rom. et Gręc. effluxit luxuria prima mõſtrauit. Idẽ.

Arabia quam Græci Eudomonem, noſtri Beatam uocant, & ſi Cynami, Myrrhę, & aliorum odorum nobiliumq; gemmarum plurimum ferax ſit. Thus ta= men & Phœnicem, Auem ſola produxit. Solinus.

Auguſteum marmor in Aegypto in Auguſti prin cipatu primum repertum eſt. Iſidorus.

Achiorum lapidicinę uerſicolores marmorum ma culas primum oſtendiſſe. Plinius arbitratur.

Berillus lapis Virone, quaſi Smaragdo ſimilis in India gignitur, quẽ incole ſexangulũ formãt, ut an= gulorũ repercußione excitetur hebetudo coloris. So.

Bitumen Glutinum tenaciſsimum adeo, ut nulla ui niſi menſtruo cruore frangatur Aſphaltidis Iudææ locus ſolus oſtentat. Solinus.

Belgis Galliæ urbs Eſſedorū uſum prima reperit. Sunt aūt Eſſeda quodā uehiculi genus, ut Ser. tradit.

Choos Egæi maris inſula Hippocratē tulit & prima Varrone teſte, Arte Lanificij ornamento fœminarum inclaruit, & ſubtilioris ueſtis amicla in ornatum matronarum obtulit. Solinus. At Chio eiuſdem maris inſula primos marmorum ſculptores Melam et Nicheadem filium eius, atq; Archeuium nepotem dedit, iuxta Iſidorum. Eius filius Bupalus, cuius fertur Dianæ facies in inſula Chio, & manibus facta & in ſublimi poſita cuius uultum intrantes triſtem abeuntes exillaratum putant.

Cacochitem lapidem Corſica ſola tradit. Idem.

Corinthia uaſa apud Corinthum primo fabricata ſunt. Facta eſt autem materia ex mixtione omniū metallorum ſimul confluentium Statius omnibus per Annibalem igne admoto liquefactis. Iſidorus. Vbi et Epiſcites gemma primum reperta. Euax.

Comeclia in Sicilia primum inuenta eſt. Huic cauillatio Mimica & Comica in ſcena ſtetit. Solinus.

Ceraſus arbor & fructus a Cereſo Pontica urbe primum aduecta eſt. Iſidorus & Seruius.

Chartarum uſus apud Memphin ciuitatem Aegypti primum inuentus. Lucanus & poſt eum Iſidorus.

Carbaſum, ideſt Velum Tarracona urbs Hiſpaniæ primum reperit. Plinius.

Delos Egæi maris inſula, quæ & Ortigia quandoq;

doq; dicta eſt. Prima Coturnices Aues oſtendit, nam & has Græci Ortigias uocant. Solinus.

Dalmatica Veſtis in Dalmatia Græciæ prouincia primum eſt texta. Eſt enim Sacerdotalis tunica candida. Iſidorus.

Damaſcena arbos prius à Damaſco aſportata eſt, unde et dicta, cuius pomum ſtomacho mederi dicitur, cæteris uero noxia. Idem.

Eris metallum Cyprus inſula prima fodientibus tribuit, ut Oroſius & Iſidorus referunt. Solinus tamen Calidenio fretus auctore æs primum in Calchide Euboica urbe inuentum aſſerit.

Ebenium arborem Indorum Regum pro ſeptro geſtamen India ſola tranſmittit. Solinus.

Ethiopum Tellus Criſopatium, Criſolitumq; atq; Hiacynthum lapides prima dedit. Euax.

Fictilia uaſa in Samo inſula primum formata traduntur, unde & dicta Samia. Iſidorus.

Faſianũ Auẽ Phaſidis regio prima produxit. Idẽ.

Faſellum legumen Phaſellus Græciæ inſula non lõge ab Olympo diſtans prima in ædulium cõtulit. Idẽ.

Fingitem lapidem durum candidum atq; lucentem Capadocia prouincia prima produxit. Idem.

Gagatem lapidem Achelous Acarnaniæ amnis & Nilus Aegypti ſoli tribuunt. Tertius nemo. Solinus, Sed ſecundum Iſidorum lapis hic primum in Sicilia repertus eſt Gagatis fluminis fluore reiectus, unde et nominatus. Sed & Britania huius eſt ferax.

India Orientalis prouincia. Criſopatium Ametiſcumq; lapidem mittit. Euax.

Lucania Italiæ prouincia Lucanicarum uſum pri ma ueſcentibus dedit. Idem.

Lacedęmonium marmor uiride cunctiſq; Hilarius apud Lacedæmones primum inuentum eſt; unde & ſumpſit uocabulum. Iſidorus.

Medicam arborem Media Orientis prouincia pri= ma & ſola produxit. Medicũ granum inde primum in Græciam aduectum eſt tempore quo Xerſes Perſa rum Rex mare traiecit. Solinus & Iſidorus referũt.

Malumpunicum regio punica primũ obtulit. Iſido.

Matianum malũ, Matiana regio primũ dedit. Idẽ.

Malum Cydonium à Cydonia Crete urbe primum euectum & nominatum eſt. Idem.

Minium colorem in Epheſiorum ſolo Græci inue= niſſe perhibentur. Idem.

Melochitem lapidem nigri coloris primi Arabes inueniſſe feruntur. Euax.

Numidicum marmor Numidia mittit.

Perſicum arborem, Perſeus à quo Aegyptiorum Reges originem iactitãt primus apud Aegyptios ſæ= uit. Pleriq; è Perſide malum hoc alatum aſſerunt ibi lætiferum apud nos gratum & ſuaue. Iſidorus.

Piper India ſola gignit. Solinus.

Pruna Damaſcena, Damaſcus urbs Syriaca ad nos prima tranſmiſit à qua arbor & fructus denominati ſunt. Iſidorus.

Plumbum in Athlantici maris inſulis primum in= uentum eſt. Iſidorus.

Parium lapidem paros inſula prima dedit, & inde ſumpſit uocabulum. Idem.

Penitem lapidem gign., Macedonia. Idem.

Punicani lecti parui & humiles primũ ad Carthaginem ſunt aduecti & inde nominati. Idem.

Paniæ oliuæ à Pane inſula primo aduecte ſunt, unde & nominatæ.

Platanus arbor è Græcia per Ionium mare primũ in Italiam in Diomedis inſula aduecta eſt inde in Siciliam à Dionyſio primo tranſlata. Plinius.

Pericum Seres primũ miſerunt, et inde dictũ. Idẽ.

Pardam lapidem candidiſsimum. Paros inſula generat, qui & ſi marmori præſtet inter gemmas tamẽ uiliſsimus eſt. Iſidorus.

Pinopis ruber color in Sinope Pontica urbe primum apparuit. Idem.

Pirtites gẽma in Sirtiũ littore pri. inuẽtũ eſt. Sol.

Pecularem lapidem, Cyterior Hiſpania primum oſtendit ſic dictum, quod uitri more transluceat. Iſid.

Pirus lapis à Syria originem traxit & nomen, atq; Seriola uas uinarium. Idem.

Padis gemma eo dicta, quod primum Sardis reperta ſit. Rubrum prefert colorẽ marmoribus præſtans, ſed inter gemmas uiliſsima. Genera eius quinq;. Iſid.

Teramne urbs Lycaoniæ prouinciæ Greciæ. Diana Phytanæ prima cultu exibuit. Solinus.

Tirinis anulus in Bithinia primum fabricatus eſt, quam olim Timam uocant. Iſidorus.

Trogloditarum Regio, Libyæ Portio Carbonem gignit lapidem. Euax.

Tyberici marmoris genus in Agypto Tyberij Imperio primum repertum eſt. Iſidorus.

Topation lapidem Arabiæ quædam inſula prima dedit. Idem.

Veſtem ſericam Seres Orientis populi primum miſerunt. Iſidorus.

Vitrum in parte Syriæ, quę Phœnicia dicitur in Ripa Veli fluminis inde currentis primũ inuẽtũ eſt. Iſi.

Ydromantia quarta, diuinationis ſpecies, ut Varro refert, apud Perſas primum reperta eſt. Iſidorus.

QVI quintam præſentis operis occupant partem iam ſponte ſe offerunt, qui & ſi pauci ſint numero ſatis eſt inchoaſſe tam grandia. Hij ſunt qui certis dignitatibus aut officijs functi ſunt primi.

ASCANIVS Aeneæ filius primus regnauit Albanis. Liuius.

Arbatus Medorum regnum primus obtinuit. Iuſtinus.

Ardiſſus apud Lidos primus regno potitus eſt.

Atilius Calatinus dictator primus exercitum extra Italiam duxit. Liuius.

Antigonus poſt Alexandri Magni interitũ Aſiæ minoris regno præfuit primus. Iuſtinus.

Arſaces Parthici regni Imp. primus inuaſit. Idẽ.

Ariarathes Capadociæ regnũ prĩcipib. dedit. Idẽ.

Ariſtobolus Hircani filius poſt annos. cccc. lxxv. ſolute Iudęorum captiuitatis translato in formam regni Sacerdotij principatus primus diadematis ſumpſit inſignia. Ioſephus.

Alectis apud Corinthios regnum primus adeptus eſt. Euſebius.

Armenius Iaſonis Comes primus Armenis imperauit. Iuſtinus.

Belus Nembrotides apud Aſſyrios primus Imperium tenuit. Beatus Auguſtinus.

Brutus poſt exactos ex urbe Reges primus Romanorum conſulatum geßit. Liuius.

Cecrops primus imperauit Athenieñ. Iuſtinus.

Craneus Mecedonibus. Idem & Solinus.

Cleomenes apud Lacedæmones Tyrannidem primus exercuit. Idem & ante eum Liuius.

Cornelius Balbus Garamantes ſubegit, de qua uictoria triumphum duxit primuſq; de exteris, utpote Gadibus genitus ad gloriam triumphalẽ acceßit. Sol.

Ciclopes primi tenuere Siciliam. Iuſtinus.

Cyrus Perſarum regnum primus inſtituit, & in illo regnauit. Idem.

C. Martius Rutilus primus dictator ex plebe generatus eſt. Liuius.

Cornelius Gallus Foroliuienſis poeta, deſtructus poſt Antonij & Cleopatræ interritum Alexandriæ regno Aegyptum Romanam effectam prouinciã primus rexit. Euſebius et ante eum Feſtus. Vbi chartam quæ Corneliana ab eius nomine dicta eſt primus confecit. Iſidorus.

Dionyſius Syracuſa: poſt eiectos ex Sicilia Carthagiñ. Tyrannidem primus arripuit. Iuſtinus.

Egialeus apud Sitionios primus ad regni conſcendit apicem. Beatus Auguſtinus.

Emathius in Emathia Greciæ regione primus principatum accepit. Solinus.

Euriſteum primum apud Lacedæmonas regnaſſe traditum eſt.

Euriſteus alter Steneli filius Micenarum regni ſolium primus conſcendit.

Fabius Maximus primus à populo dictator creatus eſt. Liuius Lib. xxii.

Faramundus Marcomiri filius, qui ex Troianorum gente, quæ Sicambriam tenuit quandoq; manauit. Primus in Francorum Regem electus fuit. Gregorius Turoñ. Epiſcopus.

Gneus Scipio. primus ex Romanis in Hiſpania traduxit exercitum. Liuius.

Herodes dictus Aſcalonita, primus ex alienigenis. Iudaici populi regnum obtinuit. Ioſephus.

Inachus Argiui regni primus moderauit habenas. Beatus Auguſtinus.

Janum primũ in Italia regnaſſe traditur. Eutrop.

Iudæi primi omnium Orientalium libertatem adepti ſunt Romanis de alieno facile largientibus. Iuſti.

Iacobus Apoſtolus frater Domini, qui & iuſtus dicebatur poſt Chriſti paßionem primus ab Apoſtolis in Hieroſolyma Epiſcopus ordinatus eſt. Euſebius.

Karolus Papinij ſecundi filius dictus magnus primus ex Frãcorũ regibus romanũ eſt nactus Imperiũ.

Lolius prætor, Gallatiam ſub Auguſto Cæſare in prouinciæ formã redactã primus adminiſtrauit. Feſt.

Lucius Sextius primus ex Plebe Conſul creatus eſt. Linius.

Licinius Stolo, magiſterium militum ex plebeis primus emeruit. Idem.

Lucius Ceionus Adriani Imperatoris adoptione filius primus dignitate Cæſarea abſque potitus eſt. Spartianus.

Maximinus Imperator primum ex opere militari abſq; Senatus Decreto, Auguſtus ab exercitu nuncupatus eſt, Idem.

Mauritius primus ex Græcorum gente. Romano eſt potitus Imperio. Sigibertus.

Martius Rutilus primus ex plebe, dictature honore illuſtratus eſt. Liuius.

Maximus Curio Pontifex Maximus primus ex plebe creatus eſt. Liuius.

Meſſalam Coruinum præfectum urbis primum factum eſſe, & die ſexta ſe abdicaſſe. Helmãdus refert.

Marcus Agrippa primus ab Auguſto nauali corona Donatus eſt. Florus ex Liuio.

Merodach Baladam, primus ſuper Babylonios regnauit, ex quo Caldea receßit ab Aſſyrijs. Regum quarto legitur.

Nembroth Gigas Babylonis magne principatum, primus arripuit. Gene. x.

Oetas Pontici regni primus eſt euectus ſolio. Iuſtinus ex Trogo.

Otomel de Tribu Iuda primus in Iſrael Iudex, Deo iubente, conſtituitur.

Publius Licinius Caluus Tribunus Militum primus eſt conſtitutus ex plebe. Liuius.

Pertinax Imp. primus omniũ ea die qua Auguſtus creatus eſt patris patriæ nomen accepit. Iulius Capi.

Perdica in Macedonia rex primũ noĩatus eſt. Sol.

Ptolemæus Lagi poſt Alexandri mortem primus in Aegypto regnauit. Iuſtinus.

Pyrrhus Achillis filius, Pyrrhi regnũ primus inchoauit & rexit. Idem.

Pericles Athenieñ. uir ſpectate uirtutis coronam quæ ex duobus Oleæ connexis fiebat ramulis & qua boni decorabãtur ciues apud Athenas primus meruit.

Quintus Publius Philo, primus ex plebe deſignatus eſt prætor. Liuius.

Romulus Romanæ urbis fundamina iecit, & in ipſa annis. vii. & . xxx. regnauit. Idem.

Sextus Caſſius primus omnium magiſter militum creatus eſt. Idem.

Titus Largius dictaturam primus omnium aſſecutus eſt. Liuius.

Tanaus Scythici Regni primus gubernacula rexit. Iuſtinus.

Tarquinius Colatinus Bruti primi conſulis collega fuit. Liuius.

Tyberius Imperator poſt Vindelicum, Panonicũ, Germanicum, Reticunq; bellum ouans, urbem ingrediens, triumphalibus ornamentis, nouo nec cuiquam ante honoris genere tributo honoratus eſt. Sueton.

Veſores Aegyptijs primus omnium imperauit. Iuſtinus.

REDEANT nunc ingentes uiri, qui magnifica quædam geſſerunt, uel inſolita primi inſtituerunt, ut hijs aduentantibus. Geſtaq; ſua inſignia præferentibus, Libellus hic partibus ſuis explicitis policitiſq; ſeruata fide claudatur.

ANCHVS Martius Romanorum Regum quartus Pollitorio Latinorum urbe deuicta, multiſq; Latinorum intra urbē traductis Auentinū Ianiculumq; collos urbi primus adiecit, ponte ſupplicio in Tybrim conſtructo. Carcerem ad terrorē creſcentis audaciæ primus in medio urbis foro ædificauit. Hoſtiam urbem in Tyberis hoſtio condidit. Liuius & Plinius tradunt.

Apollo Draconis ſignum poſt Phitonis mortem in uictoriæ ſumpſit memoriam. Iſidorus.

Alexander Amynthæ prioris filius Macedonum Rex primus omnium Apollini Delphos Ioui Elidem ſtatuas aureas dono miſit. Solinus.

Aſinius Pollio, non minima pars Romani ſtyli, ut atteſtatur Valerius ſcripta ſua primus conuocatis hominibus recitauit, ut ſcribit Seneca. Bibliotecas Græcas atq; Latinas Romæ primus publicauit. Iſidorus.

Auguſtus Pilæ ſignum inſtituiſſe traditur, ut propter nationes ſibi toto orbe ſubiectas mali rotunditate orbis formam exprimeret. Iſidorus. Tygrim in caueā manſuefactā in dedicatione theatri Marcelli Romæ primus oſtendit. Plinius.

Adrianus Imperator Fiſci aduocatum primus inſtituit. Ab Epiſtolis & libellis æquites Romanos inhibuit. Sarcianus.

Antoninus Pius, ne Legatum penè nomine relictum maneret primus lege decreuit. Iulius Capi.

Atilius Serranus, & Lucius Scribonius Aediles Ludos Scenicos primi fecerūt. Idem poſterioris Afri-

cani ſententiam ſecuti matri Deum facientes Ludos Senatum à populo locis ſecreuerunt cum ante per annos. D.lxxxviii. mixti ſpectaculis interfuiſſent. Liu.

Athlans Promethei frater, Maternus auus maioris Mercurij cuius fuit nepos Mercurius Trimegiſtus Aſtrologię artem primus excogitaſſe fertur. Iſi.

Africanus prior Sardonicæ gemma Romanorum primus uſus eſt, quæ exinde apud Romanos fuit celeberrima. Plinius.

Brutus primus Romanorum Conſul, Pulſo ex urbe Tarquinio cum uniuerſa ſobole Romanam urbem à ſeruitute Tyrannica liberauit. Liuius.

Curio Conſul ex duobus Theatris ligneis primus Amphiteatrum fecit. Deinde Statibus Taurus conſul paruum lapideum condidit. Demum Veſpaſianus Imperator ingentem conſtruxit. Iſidorus.

Curius Dentatus, bona eius qui citatus non reſponderat uendidit. Elephantes Romã Pyrrho deuicto primus in triumphum duxit. Florus ex Liuio, et Seuero.

Cornelius Ruphinus decenter, quod ludos ex Sibilinis libris celebrari iuſsit Sibilla cognominatus eſt. Sed corrupto deinde uocabulo primus Silla uocari cœpit. Macrobius.

Claudius Candex freto claſſe traiecto Pœnos Sicilia pepulit. Primus nanq; Romanis ſuaſerat nauem conſcendere, ob hoc ipſum appellatus Codex, quod plurium tabularum contextus apud antiquos Codex uocabatur, unde & publicæ Tabulæ dicuntur Codices. Suetonius & Seneca.

Cęſo Fabius Vades publicos primus dedit. Liuius.

Cæſar Iulius Romanorum primus. Germanos qui trans Rhenum incolunt fabricato ponte ingentibus affecit cladibus. Peregrinarum rerum portoria primus instituit. Honore conſulari inito ſanxit, ut tam Senatus, quam populi acta diurna conficerentur atq; publicarentur. Monarchiam apud Romanos primus tenuit. Militibus liberam teſtandi factionem conceſſit. Circenſibus ludis carne Leopardulum ferum animal, Romæ primus oſtendit. Solinus. Epiſtolas primum ad paginas, & formam memorialis libelli conuertit cum antea conſules et duces non niſi tranſuerſa charta ſcriptas mitterent. Suetonius. Liberi patris ſacra Romam primum tranſtulit. Seruius. Præfectos caſtrorum inſtituit cum ante Centuriones eſſent in caſtris. Iſidorus.

Curius proconſul Dardanos & Meſiacos ſubegit & primus Romanorum ducum ad Danubium uſque peruenit. Feſtus.

Caßius filiũ tribunũ pl. qui Agrariã legẽ primus tulit affectati regni dãnatũ uerberibuſq; affectũ necari iußit eiuſq; peculium Cereri cõſecrauit. Valerius.

Duilius primus Romanorum maritimũ egit. Quo bello ferreas manus cum irriſu hoſtium primus iniecit. Plinius & Seneca.

Druſus Neronis Tyberij & Liuiæ filius Romanorum ducum primus Septentrionalem Oceanum nauigio petijt. Suetonius.

Decimus Iunius Brutus gladiatoriũ munus in defuncti patris honorẽ primus edidit. Florus ex Liuio.

Emilius Paulus, Perſæ Macedonum Rege deui-

cto librorum copiam Romam primus aduexit. Deinde Lucullus ex Pontica prędą. Cæſar poſtea Marco Var roni maximæ cõſcribendæ hiſtorię negociũ dedit, Iſi.

Euariſcus Papa, ut ſponſæ publicæ deſponſarẽtur & poſtmodũ à Sacerdote benedicerentur primus in= ſtituit. Septem Diaconos qui prædicanti aſtarent Epi ſcopo ne error ei imponeretur ab æmulis conſtituit, Damaſus Papa.

Eleutherius Papa ut nullus à ſuo deiceretur gra= du niſi conuictus. Et ne in abſentem feratur ſententia, & ut nulla rationabilis repudiaretur eſca Apoſtolo= rum exemplo primus decreto Santiuit. Idem.

Eutitianus Papa, ut fruge fabæ, & uuæ ſuper al= tare benedicerentur primus ſtatuit. Idem.

Fabiorum gens cum Romam pluribus bellis eodem tempore laciſceretur ueiens bellum ſola ſuſcepit, cunq; ſæpe fuſis hoſtibus abducta præda decora mul= ta cum ſumma gloria peregiſſet tandem dolis hoſtium in inſidias lapſa poſt ingentem eorum contra quos ie= rat cedem digna geſtarum rerum morte occubuit. Sex & trecenti una corruere die pariter. Liuius.

Felix Romanus Pontifex, huius nominis primus, miſſas ſup memoriã Martyrũ celebrari cõſtituit. Da.

Felix tertius primus Eccleſias ab Epiſcopo conſe ſecrandas eſſe decreuit. Idem.

Felix huius nominis quartus, ægrotãtes ante uitæ exceſſum Oleo ſancto in ungi primus ſtabiliuit. Idẽ.

Fuluius Flaccus aduerſus Saluinos Gallos in auxi lium Maſilienſium miſſus primus tranſalpinos Ligu res domuit. Liuius.

Fuluius alter Romanus conſul Adriaticum atq; Ionium mare primus ingrediens maritimas obtinuit ciuitates. Feſtus.

Græci apud Elidem Græciæ urbem primi Olympium inſtituerunt Agonem agentes in quinquenale certamen. Primi ferro in cera ſcripſerunt Crepidis primum uſi ſunt. Iſidorus.

Gneus Flauius ſcriba Ius Ciuile per multa ſecula intra ſacra Deorumq; mortalium cerimonias abditũ. Soliſq; Pontificibus notum primus uulgauit, ac Faſtos pene toto foro expoſuit. Liuius & Valerius.

Gneus Domitius Cenſor primus ex plebe luſtrum condidit. Florus & Liui.

Gorgias Leontinus primus in conuentu profiteri auſus eſt, ut de quacunq; re audire quos uellet poſceretur Tullius cui uniuerſa Græcia in templo Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit cum cæterorum ad id tẽpore auratas collocaſſet, ut tradit Valer.

Gordianus Senior qui fuit poſtmodum Imperator primus Romanorum adhuc priuatus palmatam tunicam et togã pictã propriã habuit. Cum antea Imperatores de Capitolio uel palatio ſumerẽt eã. Iulius Cap.

Gregorius Papa huius nominis primus in literis Apoſtolicis Seruus ſeruorũ Dei ſe primitus ſcripſit. Septiformem Letaniam primus inſtituit, Dieſq; noſtros in tua pace diſponas, in miſſa addidit. Kyrie eleiſon in Miſſa cantari pręcepit. Orationẽ Dominicã ſup Hoſtia dici cenſuit. Vt Alleluia cantaretur in Miſſa quod à Damaſo Papa citra obmiſſum fuerat reſtituit.

Gregorius Papa nominis huius nonus, Decreta-

lium quo tota Europa utitur librum ex multis compilationibus per fratrem Raimundum Prędicatorum ordinis Capellanum ſuum in unum redegit uolumen, illoq; uti de cætero primus ſanxit.

Hoſtus Hoſtilius Fidenam urbem dum expugnaretur primus irrupit ob idq; à Romulo Frondea corona donatus eſt. Plinius.

Hercules in honorem materni aui, Pelopis Olympicum certamen inſtituit. Solinus. Apium herbã qua antiquorum triumphantium capita coronabantur capiti prius circumtulit. Iſidorus. Stadium, ideſt, octauã partem milliarij primus ſtatuit. Idem.

Hano Pœnorum Dux primus omnium Leonem manu tractare et mãſuefactũ oſtẽdere auſus tradit. Pli.

Ianus Italiæ Rex primus Dijs templa dicauit in Italia, ut in primo Italicon, Xenon tradit. Macrob.

Iaſon humanorum primus poſt Herculem, & Liberum patrem, qui Orientis Reges fuiſſe traduntur eam Cœli plagam domuiſſe dicitur, templum etiam in Italia Iunoni Argiue cõſtruxiſſe fertur. Iuſti. Longa naue primũ nauigaſſe Phylo Steph. auc̃t. eſt. Pl. teſte

Ipodanius Mileſius ciuitatis diuiſionẽ primus conſtituit & ſuburbia incidit, ut perhibet Ariſtoteles.

Lamech primus adulterium commiſit, & Bigamiam induxit. Gene. iiii.

Liber Pater debellata India Oriẽteq; ſubacto triũphi primus extitit auctor de hoſtium ſpolijs primitias & libamina Dijs obtulit, unde & Libamina à Libero dicta ſunt, hunc Græci repertorẽ uitis autumant, & militiæ ordinem præmium dediſſe tradũt. Macrobius.

Ligdanus Syracuſanus quem concretis oßibus ortum tradunt. Olympiade tertia & trigeſima Pancracium palmam primus reportauit. Cuius oſſa medullis caruiſſe compertum eſt. Solinus.

Lacedæmones bellorum experimenta colligentes præliorum artē primi ſcripſiſſe probantur. Vegetius.

Lucius Lucullus trans Taurum montem primus Romana arma tranſmiſit. Feſtus.

Lucius Craſſus orator peregrinas columnas Romæ primus habuit. Plinius.

Lucius Sergius Fidenas citra amœnem cum Veientium Rege primus ſecundo bello conflixit.

Lucius Vitelij Imperatoris pater primus Gaium Cæſarem, ut Deum adorari inſtituit. Suetonius.

Lucius Sylla, Leones ſolutos in circo primus dedit, cum antea alligati darentur ad conficiendos eos mißis à Rege Boco iaculatoribus. Seneca.

Matachias Machabęus, belli Sabbato adoriundi auctor extitit. Ioſephus.

Mago Carthaginenſium Dux primus omnium ordinata diſciplina militari Pœnorum Imperium condidit. Vireſq; urbis non minus bellandi arte, quam uirtute firmauit. Iuſtinus.

Metellus Cecilius uictis in Sicilia Pœnis. cxx. Elephantes ante currum triumphans primus duxit. Liuius & Seneca.

Marcus & Decimus Bruti filij. Patris cineri funebre honorando memoria gladiatorum munus. Romæ in foro Boario primi dederunt. Idem.

Mole Rhetor qui Ciceronis ſtudia acuiſſe tradi-

tur, primus omnium exterarum gentium abſq; interprete in ſenatu Romæ auditus eſt. Valerius.

Marcus Lucullus per Thraces cũ Beßis primus confluxit ipſamq; caput gentis Thraciã uicit. Feſtus.

Manlius Torquatus Capitolinus primus à patribus deſtituit ad plebem. Liuius.

Marcus Fuluius Ludis quos Aetholico bello nouerat, ut tradit Liuius Athletarum inſtituit certamina.

Marcus Scaurus Hipocamos atq; Cocodrillos Romam primus inuexit. Solinus & Plinius. Beluæ oſſa longitudinis pedum. xl. cui Andromeda apud Iopem expoſita fuiſſe traditur in ædilitate ſua inter cætera mirabilia oñdit. Beluæ illius ſpina ſexquipedalis fuit.

Marcus Atilius Glabrio inauratã ſtatuã æqueſtrẽ patri in æde pietatis Romæ pri. appoſuit. Liu. et Val.

Marcus Lepidus Catuli in conſulatu Collega primus omnium Romæ domus ſuæ limina ex Numidico marmore poſuit.

Maleolus Publicius primus omnium matre occiſa inſutus Culeo in mari præcipitatus eſt. Florus et Liu.

Marcus Agrippa Naualem coronã primum à Cæſare dono meruit. Idem.

Mephres Aegyptius Rex Oboliſtum, ideſt, certi generis ſagittam primus inſtituiſſe traditur. Iſido.

Marcus Priſci Romanus Epiſcopus Hoſtieñ. Epiſcopum Pallio, uti & Romanũ conſecrare Epiſcopũ.

Marcus Marcellus Annibalem uinci poſſe, & Syracuſas Capi. primus docuit Valerius.

Marcus Antonius Romæ primus Leones iugo ſubdidit, & uinxit ad currum. Plinius.

Nero

Nero Græcorum more quinquenale certamen Romæ primus inſtituit. Antium iuxta mare Coloniã deduxit. Chriſticolis primam perſecutionẽ intulit. Suet.

Nembroth Gigas Tyrannidẽ primus omniũ exercuit ſuper ſuos, ſed facti confuſione linguarũ in Perſidem migrans illos ignem colere docuit. Ioſephus.

Ninus Aſſyriorum Rex arma foris primus arcu bello finitimos laceſciuit & auitum morem noua Imperij cupiditate mutauit. Iuſtinus.

Oratius unus extergeminis cum inter Albanos Romanoſq; de Imperio diſceptaretur poſt trium curiatiorum cedem uictor Romano populo primus Imperium peperit. Liuius.

Oratius Codes Etruſcis cum perſona Duce urbem Ponte ſupplicio irrupentibus primus & ſolus in Ponte reſtitit donec reciſo poſt ſe Ponte aditus hoſtibus præcluderetur tunc de Ponte demiſſus in Tyberim ad ſuos cunctis admirantibus enatauit.

Pyrrhus Epiri Rex, primus totum exercitum ſub eodem uallo continuit cuius caſtris potiti Romani illius exemplo caſtra ſua poſtmodum metiti ſunt: Elephantes contra Romanos primus adduxit in Italiam. Iuſtinus & ante eum Liuius:

Publius Latinius Varrus, Apollinis Ludos, ut ante diem tertium nonarum Quintilium fierent in perpetuum primus uouit. Liuius.

Publius Sempronius Tuditanus ædilis, Ludos Scenicos primus inſtituit. Idem.

Publius Rutilius Conſul, ex Ludo Gai Aurelij Scauri doctioribus gladiatorum accerſitis uitãdi atq;

R

inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingene=rauit. Valerius.

Pompeius Magnus Mithridatio triumpho Romæ Ebenum primus exhibuit Elephantorum deinde uiginti pugnam commiſsis prælij more hominibus perditis edidit eiuſdemq; generis beluas in triumpho Africo Romæ currui ſuo uinctas primus ſubdidit, quod prius India uicta triumphante Libero patre factum fuiſſe traditur. Rinocerotem feram Thaum et Cephum quas ante Ludos eius Romana ſpectacula neſciebant primus oſtendit, ut Seneca & Solinus tradunt. In Hircanum Caſpium Rubrum & Arabicum maria primus Romanorum intrauit. Ad margaritas & gēmas mores inclinauit. Plinius. Omnium ante ſe primus Ponte & nauibus facto tranſiuit Euphrate. Florus. Itureos Orientis populos primus Romano ſubiecit Imperio.

Pilatus primus omnium Cæſaris imagines Hieroſolyme ædibus intulit. Egeſippus.

Philippus IESV CHRISTI Apoſtolus Samaritanæ genti primus Verbum Dei prædicauit tanta diuinæ gratiæ efficacia, ut etiam Magum Simonem conſternaret. Euſebius.

Pamphilus Martyr dum Piſiſtratum in ſacræ bibliotecæ numero adæquatæ contendit propè. xxx. millia librorum in biblioteca ſua primus ex noſtris habuiſſe perhibetur. Iſidorus.

Publius Seruilius Conſul Romanorū primus Taurum montem peruium fecit exercitui. Liuius.

Quintus Hortenſius, Pauones Auguſtali cœnæ primus appoſuiſſe traditur. Varro.

Quintus Fabius, Idibus Iulijs Trabeatos æquites ab Aede honoris in Capitolium tranſuehi primus inſtituit. Valerius & Liuius.

Quintius Cincinatus, uictos hoſtes ſubiugo primus egit. Eroſius.

Romulus raptis Sabinis uirginibus Cretenſe ſpectaculum apud urbem conſualium nomine celebrauit. Milites ex populo & tribu primus ſumpſit & nominauit Romanis leges dedit. Idem.

Romani aduerſus Philippum primo Macedonico bello Elephantibus, uſi ſunt primi. Toge uſum inuenerunt. Idem.

Scipio Africanus, omnia in Hiſpania ultra citraq; Hiberum edomita Romanorum ducum primus uictor ad Gades, & ad Oceani ora peruenit. Florus.

Scipio Aemilianus in Hiſpania ſub Luculo militãs Theatiam præualidũ oppidum primus pugnando conſcendit. Valerius.

Spurius Caruilius apud Romanos primus diuortium fecit. Vxorẽ enim ſterilitatis cauſa dimiſit. Val.

Scæuola Publij filius in ædilitate curruli Leontophonas feras populo primus oſtẽdit. Solinus. Leonum ſimul plurium pugnam primus dedit. Plinius.

Scythæ ſpectaculum pugnę hominum Cepheris primi in honorem Dianæ Scythicæ conſtituerunt. Qui poſtea Atheñ. ad ciuitatis ſuæ duxere culturam. Iuſt.

Suetonius Paulinus ultra Athlatem primus & pene ſolus Romana arma circuntulit. Solinus.

Sillanis temporibus uniones Romam primprum nuecti ſunt. Idem.

Seuerus Imperator procuratorē priuatarum rerum primus inſtituit. Macrobius & Spartianus.

Stephanus in Teſtamento Nouo primus Martyrium paſſus eſt. Iſidorus & ante eum Euſebius.

Seruilius proconſul ad prædonum bellum miſſus Cilices & Iſauros, qui ſe Piratis & Prædonibus iunxerant ſubegit, deq; hijs triumphauit et per Taurum montem uiam primus inſtituit. Sed Lucius Lucullus ultra eundem Taurum primus Romana arma tranſmiſit. Feſtus.

Tullius Hoſtilius Currulam ſellam lictores togam pictam atq; prætextam magiſtratorum & cuſtodum inſignia Romæ ut haberentur primus inſtituit. Cœlium montem urbi adiecit. Quæſtores in Rempublicam primus induxit. Liuius & Plinius.

Tyberius Corumcanius Iuris Ciuilis ſcientiam primus omnium profeſſus eſt. Reſponſa plurima & memorabilia in Iure Ciuili tradidiſſe fertur. Nullum tamen Scriptorum eius extat monumentum, ut Pomponius refert. Pontifex Maximus primus ex plebe creatus eſt. Florus ex Liuio.

Tullius Tiro Ciceronis Libertus Romæ primus commentatus eſt, ſed propoſitionum tantum poſt quē uir Saminus Philargius & Aquila Mecenatis libertas aliquas addiderunt. Iſidorus.

Tarquinius Priſcus, regnum Romanorum primus ambitione petijt. Liuius. Primuſq; ludos qui compitalia dicebantur laribus Dijs familiaribus inſtituit, ut tradit Plinius.

Theopompus Spartanorum Rex, ut Ephori La=

cedæmoniæ crearentur primus inſtituit ita futuræ regiæ poteſtati oppoſiti quemadmodum Romæ Tribuni plebis Imperio conſulari obiecti. Iuſtinus ex Trogo, & ante illos Valerius.

Thebani Venaticam artem inſtituere primi. Poli.

Ventidius Baſſus primus de Parthis egit triumphum. Suetonius.

Valerius Coruinus Meſſana deuicta primus ex Valeriorum familia Meſſana uocatus eſt. Sed Paulatim mutata litera Meſſana eſt dictus. Liui. et Seneca.

Vinditio Seruus Tarquinorum coniuratione detecta primus uindicta manu miſſus eſt. Quo factum eſt ut cæteri, qui manumiſſi ſunt uindicta manumiſſi dicantur. Idem.

Veſpaſianus Imperator Latinis Græciſq; Rhetoribus primus & fiſco annua centena conſtituit. Suet.

Veſores Rex Aegypti Scythis bellum primus indixit. Iuſtinus.

Explicit Liber de Originibus, editus à Gulielmo Paſtregico Ciue Veroñ. eiuſq; urbis fori Cauſidico.
Deo ſit laus.

Impreſſum Venetijs per Nicolaum de Baſcarinis.
Anno Domini. M. D. XLVII.

Regiſtrum.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes Quaterniones, præter R Duerniolum.

Michaelangelus Blondus Bibliopolis & Typographis. S.

CVM Noſtri moris ſemper fuerit, uos amicos omnes certiores reddere ne in diſcrimen incidatis illud, in quod ignari periculi frequenter incidunt. Curaui his noſtris literis tandem, uobis cariſsimis illud retegere & notum facere, ſic & enim communem amicitiam diuturnam ſeruabimus. Cautum eſt Priuilegio Illuſtriſs. Senatus Venetiarum, ne quiſpiã infraſcriptos libros poſsit excudere, neq; alibi excuſſos etiam uenundare in eius Dominio in decennium, contra noſtram uoluntatem, libri uero ſunt, Phiſionomia Scotti, Phiſionomia & Aſtrologia Petri de Abbano. L. de Memoria Artificiali Epithomæ diuerſorũ. L. de Originib. rerũ et ſcripturis Illuſtriũ uirorũ. L. Elegãtiarũ ſentẽtiarũ. Ex. L. C. Elegiæ & Epigrãmata diuerſorum Epitho. Ex. L. Hipp. Supplementum Aſtro. Medicina di Auerroe uolgare. Lettere Miſsiue de diuerſi Autori antichi. Argomẽti et Scolie ſopra il Poe. di Petrarcha. Rhetorica uolgare. Concordantie Poetarum, Theologorum, & philoſophorum. Rime diuerſe, & Apologie Deorum Gentilium Latine & uolgare, hæc nanq; & plura alia in tugurio continentur noſtro, quę tamen ad communem utilitatem breui tempore edemus. Valete.

Dat. Venetijs Anno. 1547. Ex Tugurio Blondi, Apud Scipionem Blondum ſub Apolline.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google